Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384908-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384908-p0002-6

1682 33 (50.
15 17

FAVENTE JESU!

TENTAMEN GENERALE LEGALE

Ceu

ΠΡΩΤΑ

IN

EREPTIONEM DE MORTE,

Seu

JURA REGENERATIONIS,

QVOD

Permittente Magnifico JCtorum Ordine;

Sub Umbone

NOBILIS, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMIQVE

VIRI

DNI. JOACHIMI Vergers/

J. U. D. PROF. PUBL. CURIÆ ELECTORALIS,

SCABINATUS ET FACULTATIS JURID.

ASSESSORIS,

DN. PRÆCEPTORIS AC PROMOTORIS SUI

PLUR. COLENDI:

FRIDERICUS JACOBI, SILES.

Cum publicâ Eruditissimorum disqvisitione auspicabitur

Ad diem Martij,

IN AUDITORIO JCTORUM,

Horis matutinis.

WITTEBERGÆ,

Ex officinâ Typograph. MICHAELIS Wendt.

Anno M DC LXII.

TENTAMEN GENERALE

DE

IURETA

IN

PERTICAEM DE MORTE

SUA

IURA REGENTIS,

SEU

THESES

PRO

Permittente Magnifico Ictorum Ordine;

SUB AUSPICIIS

SUMMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMIQUE

VIRI

DNI. IOACHIMI [illegible]

IURISPRUDENTIÆ CULTORIS,

SCABINATUS IN FACULTATIS IURID.

ASSESSORIS,

DOMINI MECENATIS SUI

OMNIMODE COLENDI,

PRO

GRADU DOCTORATUS

SUMMOS IN IURE HONORES

RITE CAPESSENDI,

Conscriptae a

[illegible]

Fortunante Jesu!

Cujus auspicio ad omnia Consilia, omnesq; actus rectè semper progredimur. *l. 2 pr. C. de Off. Præf. Prætor.* Cùm ubi Christus non est Principium, ibi nullius boni Operis possit esse fundamentum. *gloss. Novell. 1. Thoming. 1. Consil. 24. pr.* Sed benè & competenter universa gerantur, si rei cujusvis initium fiat decens & amabile Deo. *Novell. 6. in pr. Can. 16. in f. 26. q. 7.*

Membro Priori
Suppositum.

Period. I.

BREVIARIA.

1. *Universalis Hominum malitia & Violentia primùm Servitutes & pœnas induxit.*
2. *Non vinum Noachi.*
3. *Quæ scrutinia ad Theologorum curam rejiciuntur.*

Numerus I.

Equidem id Pœnæ deplorata jam olim mortalium malitia, non natura *Connan. Comm. Jur. Civil. L. 2. c. 1. n. 5.* (quia nullus naturâ, in quâ primitùs Deus hominem condidit servus est hominis aut peccati; Verùm dùm pœnalis servitus eâ lege ordinatur, quâ naturalem ordinem conservare jubet, perturbare vetat) meruisse videtur, ut justissimus scelerum Vindex Deus, apud quem non est iniquitas; at qui novit diversa justô judiciô meritis delinquentium feralia supponere pegmata *Augustin. de Civ. DEI. L. 19. c. 15.* Coërcendæ improbitati humanæ:

§. 2.

*Minus forsàn Inebriationis Imprudentiæ & Vino Noachi, aut Chami petulantiæ soli *Bachov. ad Tr. Vol. 1. D. 2. §. 2. lit. B.* aut primò, Nam etsi primi servi mentio in Sacrâ Scripturâ fiat pòst diluvium *Gen. 9. 6. 25.* & non fore hodiè Servitus multis dicatur, si ebrietas non

 fuisset;

fuisset; Dubium tamen huic originationi adnascitur: numné Servitus anteà sit inaudita? Qvod nullâ mihi acie appareat; Cum Vocabula rerum demum incidant existentiæ. *Conna. d. loc. L. 5. C. 1. n. 8.* Et *Vult. pr. Inst. de Test. n. 12.* testatur; JCtos Stoicos imitari, neq; ex verbis, sed rebus notationes deducere, ut ex notatione intelligatur non verbi proprietas, sed natura rei; Itaq; Natura rei, cui aptatur verbum seu notatio, rei ipsius utiq; indicat præexistentiam, uti omnis scientientia eô, cujus est scientia, oportet posterior sit. Qvia scientia est naturæ animadversio, Natura autem omnium rerum prima & antiqvissima. *Conn. 1. C. 2. n. 2.* Ergò & hæc illâ post diluvianâ confabulatione multô vetustior recentem servitiorum nativitatem consequenter ad superiora tempora suspensã tenet. Sed otiosa hæc fortè disputatio sit, ut illa: an jure prior justitia, qvæ nec utilior, inqvit sed malè, Charondas eâ, qvæ dè ovo & gallinâ est, apud Censorinum *l. verisimil. 1.* & longè antiqviora servitutis Cunabula seqvantur Theologi, ad qvorum qvi hîc provocant fidem, etiã eorundem æqvum est principiis stent testimoniisq;, qvà illam peccati pœnam nominant, utpotè cui post lapsum statim omnibus in contrarium actis imperium successivè hominis in hominem, distinctionemq; heri & servi ex utrâq; parte cessisse, & utrinq; in morem coaluisse, credendum veniat. *Balduin. Disp. in C. 4. Coloss. 2.* Ut susq; deq; habeam, qvid veri aut incerti huic rei accedat, qvòd *Arnisæus* ad minimùm Principes plebejas, Liberos servas uxores jam antè diluvium duxisse, & qvod amplius Rabbinum Selomoh laudat *de Jur. Connub. C. 3. Sect. 5. n. 9.* Bella, Cædes, Captivitatem, Servitutẽ, Maledictiones, supplicia, mortẽ superinduerit. *Conrad. Heresbach. Jpr. Christ. f. secund. Devt. 18. v. 25. 36. 41. 48. final.* hominemq; homini Conditionis vinculô subduraverit. *Aug. d. loc.* Ratione, qvem huic indidit Omnipotens provocationi, infallibilis effectûs. Nam ubi ex malè contractu *l. 52. f. ff. de Rejud.* culpa semel venit eluenda, imperans plurimis molestiis atq; infinitis periculis exponitur; Obtemperans alieno arbitrio ducitur, & neuter eorũ vitam citra difficultates acerbissimas degit, qvîn uterq; meritas pœnas divinæ justitiæ persolvat. *Balduin. præf. loc.* Hæcq; immediatâ à benevolo Patre, DEO nî malis dicere (hoc in atheos illud in suos fideles) abiratô, pœnâ & castigatione immissâ. *Meisner. Theol. Phot. p. m. 667.* als allgemeine Landstraffen.

§. 3. * Cœterùm qvia hæc causa plerumq; latet mortalium aut incuriam aut cæcitatẽ, qvàmvis sit justissima omnium, præsertim dum servit9 infligitur ab eo, qvi cõtra Jus naturæ imperare potest, sicuti in aliis illud relaxare *Arnisæ. de Jur. Cõnub. c. 6. n. 21.* ut major serviat minori, *Gen. 25. & 28.* qvod Principi qvantumvis latè dominanti non licet; tùm etiam, qvia per manifestas causas occulta suaConsilia

filia plerumq; in actum deducit DEUS, illam DEI disposition em leges non tàm attendunt humanæ, qvàm in omnibus actibus præsupponunt. Idcircò has qvæstiones Viri Theologi celsiori Cœlestium secretorum *l. placet 5. C. de SS. Eccles.* facultate expendant.

II.

BREVIARIA.

4. *Pœnas delictorum Lex divina irrogat.*

5. *Qvod S. S. Scripturæ loca comprobant.*

§. 4.

Juxtà ac ipsa Lex divina sceleratorum pœnas insequitur mediô Magistratu Politicô. *Meisner. cit. loc.* Qvem qvilibet reminiscatur rectà & ἀμέσως à DEO pendere; dictante *Rom. 13. v. 1. Sap. 6. v. 4. Prov. 8. v. 15. l. 2. §. 11. C. de Vet. Jur. enucl. Nov. 6. pr. Nov. 28. c. 4. f. Nov. 73. præf Nov. 105. c. 2. f. c. 1. Dist. 8. c. 8. dist. 10. c. 41. pr. caus. 2. q. 7.* Ideò enim Imperialem fortunam rebus humanis DEUS proponere, semel statuit, ut possit omnia, qvæ noviter contingunt, & divinis legibus comprehensa non sunt, & emendare & componere, & modis ac Regulis competentibus tradere; aut qvæ scripta sunt, regere jura *l. 2. §. 13. ff. de Orig. Jur.* i. e. accommodare ad usum Societatis humanæ. *Godofr. ad d. l. 2.* Qvia enim leges generaliter scribuntur & breviter, ne ab æqvitate & suo fine degenerent, Magistratus necessarius fuit, qui illas singulis factis applicaret, vel restringendo, vel extendendo, vel supplendo corrigendové *Franzk. pr. Inst. de bon. poss.* & JCtorum autoritas, qvi Magistratui præstò essent, & jus indies in melius producerent. *d. l. 2. §. 13.* Qvatenus autem judici competat applicatio æqvitatis, vel rigorem seqvi legis incumbat. *vid. Richt. R. J. 27. Sichard. in l. 4. n. 18. C. de Serv. fugit.* Hunc postea tanqvam Legum ac Justitiæ Sacerdotē æternũ illud Numen D. O. M. à qvô omnis humanæ Societatis salus proficiscitur, uti multa perpetuâ serie ad eandem conservandam divinitùs instituit, & unicam ejusdem conservatricem Justitiam in eam sapienter devocavit; sic inqvam huic Provinciæ Cælitꝰ destinavit ac præfecit, ut debitis suppliciis culpas rescindat, & hoc modo Pœnæ metum & culpæ odium ac execrationem in virtuosis ac temeratoribus stillet & minetur: eosq; conqvirat, atq; Provinciæ tranqvillitatē procuret

& subditos in statu secuto conservet, ut ait *JCt. in l. 13. de off. Præs.* *Franzk. §. 1. n. 12. Inst. de Publ. Jud. qvæ & ingemino infr. Memb. 1. Per. V. f.* ne ipse irritetur Dominus Dominantium & mittere Prophetam occupet adversus Regem sic intonantem: Qvoniam virum morte dignum dimisisti, erit anima tua pro animâ ejus, & Populus tuus &c. *1. Reg. 20. in fin.* Ac ne, qvod Justinian. Imp. *in Nov. 77. c. 1.* admonet, propter delicta, qvæ Deus inulta non relinqvit, fames, terræ motus, pestilentia, aliaq; exitia ingruant, incolasq; seqvantur & vexent. Supersunt alia longè plura exempla, qvomodò Deus impunitatem delictorum, & pessimas Magistratuum in suo populo Indulgentias puniverit per Nabuchodonosorem, Reges Assyriæ & alios tyrannos. *Serò enim molunt molæ Deorum.* uti habet *Hering. in Tr. suo de Jur. Molend.* §. 5. von Mühlrecht *l. qvæst. 1. n. 20.* * Textus sunt: Ne parserit ei oculus tuus: Ne miseratus fueris maleficum: Abripies eum ab altari meo. *Gen. 9. v. 5. & 6. Exod. 21. v. 12. & 14. Levit. 20. v. 4. cap. 27. v. 29. Numer. 35. v. 31. Devt. 13. v. 8. c. 19. v. 13.* qvibus præfractarii fugantur, humi sternuntur.

III.

BREVIARIA.

6. *Non absonum à Jure Naturæ crimina plectu n. 11.*
7. *Nec solùm permissivâ ejus sed & præceptivâ vi.*
8. *Notatur Grotius.*
9. *Effectq & usus cujuslibet præcepti ab Executione dependet.*
10. *Rationalia adducuntur.*
11. *Delicti ad Pœnam ex æqvitate naturali nascitur obligatio.*

§. 6. Nec non Juri naturæ congruit delicta puniri. * Qvæ non
§. 7. solùm pronunciat posse, aut qvò minus id fiat non vetat; sed & præcipit ut delinqventes emacerentur. Cui Resp. præmis, ceu fundamento stare ac inniti videatur: Hinc appositè Cicero *5. Accusat. in Verrem*. Salutem publicam causando haud frustrà exprobrat Verri, qvòd homines omnium deterrimos à morte liberaverit, eumq; ita alloqvitur: *Qvid ais bone Custos defensorq; Provinciæ? Tu qvos servos arma capere ac bellum facere in Sicilia voluisse cognoveras & de Consilij Sententiâ judicâras, hos ad supplicium jam more majorum traditos, & ad palum alligatos ex mediâ*

mediâ **morte eripere** *ac liberare ausus es, ut, qvam damnatis servis crucem fixeras, hanc indemnatis civibus reservares. Perditæ Civitates, desperatis omnibus rebus, hos solent exitus exitiales habere, ut damnati in Integrum restituantur, vincti solvantur, exules reducantur, res judicatæ rescindantur. Qvæ qvùm accidunt, nemo est, qvîn intelligat, ruere illam Rempublicam; hæc ubi veniunt, nemo est, qvi ullam spem Salutis reliqvam esse arbitretur.* Et qvia ita egregiè ac præclarè, verba integrè adscripsi. * Qvicqvid Vir §. 8.
qvidam doctissimus contrà opinetur; Scilicèt naturam reis simpliciter pœnam non dictare, sed irrogari tantùm non prohibere. Cujus Sententia nullo modo probanda, sed vel his rationibus breviter refelli potest. Nimirum, diductâ præconceptionis nebulâ, naturalis ratio ex implantatô admonet: honesta qvidem facienda, turpia fugienda esse; omnisq; lex præcipit facienda, fugienda prohibet. * At frustrà sit lex naturæ dum prohibeat §. 9.
fugienda, nisi & gladium, furcam, Virgas ttadat judici, qvibus flagellare transgressores jubeat. Est enim imperfecta & in vanum lex omnis, qvæ sanctione: & judicium cum sententiâ instar campanæ sinè pistillô: qvæ executione careant. Ex qvô hic actus postremus omnium, qvi ad rem judiciariam fine justitiæ applicandæ pertinent. *l. si contra. C. de Appell. Nov. 125. c. 1. Avth. Novo Jure C. de Relat.* Et ut fortassè largô æqvitatis intuitu leviùs à naturâ hoc tractum sit, ut noxiâ sacros exososq; homines è medio tollendos esse ominemur, neqvaqvam propterea totum inficiari æqvilibrium debemus, & à nostrâ ignorantiâ ad illius proni negationem esse; sed ad literas potiùs Sacras recurrere, in legumlatione haud abjiciendas, qvæ qvod nostrâ obscuriùs perpensione natura docet, id sanctionibus multis (eò *præcitatis*) clarum & perspicuum reddiderunt. * Satis autem cum con- §. 10.
stet, nobis adhuc Virtutum ac honestatis igniculos post lapsum relictos, qvibus bonum à malo secernere possimus, ipsaq; recta ratio svadeat, ut deterioribus intermissis, id qvod pulchrum & honestum est agamus; Ergò utiq; vi naturali rationis rectæ & judicii purioris dictamine qvivis obligatur ad bonum operandum & deviandum à malo. Qvòd si huic judicio resistat, & omisso honestô, id qvod turpe est sectetur, illicò culpam in se derivat,

& se

& se dignum esse supplicio è proprio cordis testimonio intelligit: (Nam ratio naturalis ad cuncta rectè respondet, & vix aliqvid reperitur cum ratione naturali pugnans, qvod non remordeat conscientiam, ut ait *Bald. Cons. 39.*) Et luere pœnam eâ conscientiâ, qvâ scelus perpetrârit: *Tacit. L. 14. Annal. c. 11. pr. l. 3. pr. ibi: sed conscientiæ. ff. de Bon. cor. qvi ant. Sent. mort. sib. consciv.* Hinc qvidam Conscientiâ sibimet ipsis exilium conscifcentes, cùm absentes damnati sint, corporibus subtractis, bona tantùm, qvæ publicari poterant, pigneranda solent pœnæ præbere: mutuo sin mihi sint Livii verba *L. 39.* Qvod enim illicitè fit, malo animo præsumitur factum *l. 1. C. unde vi l. Si non convitij C. de Injur.* Qvasi interno foro exclametur: ut vitia dolore subseqvente saporem amittant dulcedinis. *Grot. 2. de J. P. & B. c. 20. n. 6.* Namq; corruptus simul & corruptor, æger & flagrans animus haud levioribus remediis restringendus est, qvàm libidinibus ardescit. *Tacit. L. 3. Annal. c. 14.* Igitur infligitur plaga, ut qvi stultus est in culpâ, Sapiens fiat in pœnâ. *C. qvi ea. distinct. 38.* En Practica qvædam ex illis Principia, qvibus sinè ullâ probatione, demonstrationevé adsentimur! *Sutholt. in Inst. §. 63. Dissert. 1. Excell. Dn. Præs. in Disp. de Act. Emphyt. c. 1. §. 1.* Ut qvod civiliter turpe habeatur, cognoscas *l. 42. ff. de V. S.* Nec in bivio stans inter ea qvæ sunt ἄδικα φύσει, qvæq; sunt τάξει. *1. Rhet. 12. §. Eth. 1. vers. qvando autem. & c. ult. sub med.* qværas: qvis ostendit nobis bona? *apud Prophetam*—. Qvippe signatum est super nos lumen Vultûs Domini, Ratio, Conscientia, in eo qvid sit legitimum videre possumus. *Petr. Gregor. Synt. Jur. L. 20. c. 9. n. 3. Sfort. Odd. de In Integr. Restit. q. 80. n. 78. Franzk. §. 1. & 2. n. 4. Inst. de I. N. G. & C. Jerem. 31. v. 33. Hebr. 10. v. 15. Rom. 2. v. 14. vid. Meisn. de LL. p. 135. 138. 140.* Qvanqvam in aliqvibus habeat aliqvis pro demonstratione, qvod alteri nec ἔνδοξον sit probatio: & æqvilibrium istud rationum utrinq; semper rectè pertendere, adhuc longè fuerit difficilius. Tamen prô suâ animi bonitate qvod comprehendat, justum qvivis facilè inveniat, apud seseq; colligat. Qvarè sodes næ inutiliter perçontarére: An ex simili causâ Libertas à naturâ concessa, possit eripi, aut

§. 11. capite qvis plecti? *Zoës. L. 4. X. T. 16. n. 3.* *Cùm Obligatio ad

Pœnam

Pœnam delicti æquitatis sit naturalis *C. Decenter. dist. 89. C. in Legibus 12. q. 2. Bronch. ad L. 46. ff. de R. J.* Et naturalis ex delictis obligatio nascitur, ut jam non arbitrii aut approbationis, sive concessionis ampliùs, sed necessitatis esse meræ incipiat; Et per necesse non per possibile juris probati in pœnam ex delictis Conclusio. Neq; ulterius ambigere oportet, ex delicto, tàm privato, qvàm publico & naturalem & civilem oriri persecutionem, eamq; ipsam pro modò dictis, ex naturali æqvitate, qvę committi delicta prohibet *l. 1. §. ult. ff. de Furt.* commissa puniri svadet, & imperat. Verùm non ex formali consensu, qvô solo contracta à delictis discriminantur, seu ipsius delinqventis voluntate, ut qvidam volunt *Grotius l. 2. de J. P. & B. c. 20. n. n. f. Hillig. in Don. en. L. 15. c. 23. lit. B. Gædd. in l. 12. n. 8. ff. de V. S.* Nam Jure nostro *in l. 4. ff. de Oblig. & Act.* ex facto & ipso maleficio, non ex Consensu ut cæteræ ex contractu Obligationes, & delicti dicitur oriri obligatio. Factum hic versatur, non pactum. Nec obstant verba *l. 52. finalia ff. de Re Jud.* Non enim ibi expressim delictum vòcatur contractus, licèt rerum amotarũ actio vel furtum ex malè contractu dicantur oriri, aliàs forsàn sonarent ex malo contractu; Sed benè, qvòd ex malè contractu, i. e. ex malè facto, maleficio, qvod subitur, ob vitium periculumvé ejus, qvod incurritur, nõ ob consensum, ex qvô contractus formaliter constituitur; ad eum modum, qvô phrasis latina: Ignominiam contrahere, inimicitias, odium, morbum: Supinum audit non Substantivum; Ideoq; suo infinitivo alterius rei, sive doli, sive culpæ, sive & planè ipsius facti vitiivé respectum in se gerit; Ut verba ex malè contractu, i. e. ex crimine, qvod omnem malitiam continet, veniant præcisè explicanda; & qvò contrahere crimen, *l. 15. ff. de Donat. l. 2. ff. de Condict. ob turp. caus. Bart.* declarat accipi: cùm subimus culpam, fraudem, vim, furtum. *teste Calvin. in Lex. verb. contrahere*. Itané ergò (si ordiamur à primo nudè substrato vocabulo) amplum solennemq; culpæ odiiq; faciamus Contractum? Et sic porrò? Qvare nec furti, nec rerum amotarum labem, nec omne genꝰ Criminum suos ex con-

tractu, sed potius ex actuum vitiosorum abortu natales credimus deducere. Eluceſcit, ubi qvædam delicta absq; παραφόσ interdum, absq; voluntate & affectu fiunt, & delicta sunt & permanent: & tamen tota illa præsumptiva obligatio ibi penitùs exulat, nec deprehenditur autor verisimiliter in pœnam delictum comitantem consensisse, ad qvod committendum nec consilio, nec voluntariè descenderat, sed vel fortunâ casuq; puro aut culpæ mixto *Bachov. ad Tr. V. 2. D. 32. th. 6. A. secund. l. 7. ff. Ad l. Cornel. de Sicar.* illapsus, aut aliâ qvâdam seductione externâ, seu necesitate & perturbatione pœnitendâ adpulsus; & ut maximè ita res sit, qvòd ex animi id proposito perfecerit, pœnæné illi recordatio etiam ullatenus arriserit, ut proditum ex eô ipsius præsumptione consensum elicias, ne vincias lupum uribus? *plura paulò infra seq. Period. 4. n. 20.*

IV.

BREVIARIA.

12. *Jus gentium à sontibus supplicia exigit.*
13. *Exempla inibi cum suis rationibus examinantur.*
14. *Causa προκαταρτικὴ in totius humanæ societatis defensione qværitur.*
15. *Occasio & Origo Servitutum ex Jure gentium qvod Belli est, extitit. junct. n. 17.*
16. *Deinde ex Civili obligatione secuta.*
17. *Utrag; Species contra naturam, & tamen justa: qvod*
18. *Utrumg; exponitur in Bellicâ.*
19. *Summa justitia in civili ex Contractu.*
20. *Ex Delicto.*
21. *Omnes tamen Servitutes ex Jure gentiũ ortum, qvem traxerunt, servant.*

§. 12. ET alterum Juris Gentium Caput (Jus G. unicum esse tueri satagit *Coras. 6. Miscell. c. ult. n. 8.* qvod sola naturali lege, rationeq; animis hominum insculptâ inter homines constitutum est. *l. omnes populi §. fin. ff. de Just. & Jur. §. ibi, qvod v. natural. Inst. de J. N. G. & C. jung. in fr. V. §. 1.*) dictitat punire sontes. *Husan. de hom.*

§. 13. *propr. c. 1. n. 5. Godofr. in l. 5. ff. de J. & J.* *Sic, (ut V.C. illicò cum genere qvæstiones aliqvot speciales commisceam!) naturali omnium gentium

tium lege qvàm deteſtatum itur & prohibetur thori alieni violatio ! argumento eſt *Nob. 22. c.* 15. *§.* 2. teſtis *Ariſtot. 7. Pol. 16.* qvamq́; ſummo ſemper probro habita, ab omnibus, politè & prolixè oſtendit *Tiraqbell. in Lib. 13. Connub.* & qvàm variis pars adulterans pro vario legum ac populorum more fuerit Caſtigationum plectris affecta & benè divexata, latè exhibet *Menoch. de Arbitr. Jud. Caſ.* 419. Vix truculentiſſimis iiſq; rariſſimis exceptis, qvibus perinde fuerit alienos permolere thoros, Maſſagetis, & Anthropophagis, paucisq́; aliis, de qvibus *Polidor. Virg. L.* 1. *de rer. invent. c.* 4. Eódem qvoq́; ſtuprum Virgini aut Viduæ & ingenuo puero illatum, referendum eſt, Nam & hæc natura hominum, cùm aut ratione, aut ratiocinatione ipsâ, vel ſingulari judicio; & communi *Franzk. ad §. 1. & 2. n.* 7. *Inſt. de Jur. N. G. & C.* utuntur, *Gœdd. ad l.* 42. *n.* 2. *de V. S.* execratur, plurimumq́; ab iis abhorret. Recta ratio, qvæ omnium gentium communis lex eſt, omnem profligatam abominatur libidinem, adeò ut *Ariſt. d. Pol.* 7. *c.* 16. Concubitum omnem præterqvàm uxoris naturali ratione penitùs interdictum eſſe crediderit, tradideritq́;. Imò qvicqvid & in Conjugio præpoſterationem crepet, contra naturam eſſe notant, & exemplum Viri eapropter vivicomburio dicati adponunt *Clar. in Pr. Cr. §. Sodomia. n* 2. *& Menoch. de Arbitr. q. Caſ.* 286. *n.* 33. *ſeqq.* ubi plura legat verecundus. Videatur ſaltē Bachov. *in Tr. V.* 2. *D.* 6. *th.* 7. *C.* ubi qvæ ipſe *ex Ambroſ.* pronunciat, horum ego eſſe intelligens nolim audire. Qvoniā nec in Matrimonio impudicè vivatur. *Nob.* 2. *C.* 3. *ibi: legaliter caſtè vivere.* Qvare Lenocinium, qvæſtum corpore factum, Polygamiam de qvâ *vid. Men. caſ.* 420. *ubi n.* 96. & 117. *infert. uxores plures uno tempore ducentem, & de jure Civili l.* 1. *f. & l. qvid ergò. ff. de his qvi not. in f. ac in l. eum qvi duas C. de Adult. & Canonico, Infamiâ notari.* Fornicatioem, Scortationem *Clariſſ. Dn. Hahn. in ϖ. VV. n.* 2. *De Condict. ob turp. Cauſ.* & ſi qvæ id genus alia; Cuncta naturâ improbata & prohibita eſſe opinor. *ex l. palàm l. probrum* 41. *ff. de Rit. Nupt. l. pen. ff. de his qvi not. infam. l.* 22. *l.* 29. *C. ad L. Jul. de Adult.* Qvia matrimonio directò contrariantur, qvoad finem principalem tollendæ ſobolis, qvi in alio concubitu meræ libidinis eſt exercitium. Qvoniam naturæ convenit ſaltèm talis maris & fœminæ conjunctio, qvæ arcta & perpetua. Qvia finis ejus (ſobolis procreatio atq́; educatio, & ſuppletio neceſſariorum, 8. *Eth.* 14.) aliter obtineri neqvit. vid. *Hahn. in ϖ. VV. n.* 2. *de Concub.* Hinc & talem hoc contingit progeniem ludibrium qværere: An Spurium, & corruptis natalibus, Ein LiebKind eſſe, probrum gentibus ſit? Dubium qvidem ediſſerendo id videri poterat propter illa, qvæ *Hartm. Piſtor. L.* 1. *q.* 30. *à n.* 4. *ſeqq. Mynſ. Cent.* 4. *Obſ.* 31. pro parte abnutivâ diſputant. Sed magis eſt, fateamur eſſe eximium, niſi mos regionis & populi iſtius aliud ferat. *arg. l. diffamari C. de Ingen. manumiſſ.* & ipſe *Piſtor. d. q. n.* 9. *cum Mynſ. d. l. Tiraq. Tr. de Nobil. c.* 15. *n.* 4. labem agnoſcit. Notantur enim illi à Lege naturali, qvippè qvæ & ſimplicem fornicationem deteſtetur, *Gen.* 2. & proinde con-

ceptum abominabilem reddat. *Covarruv. de Matrim. Part. 2. c. ult. §. 4. n. 3. Natura æqvalis est, nothum autem genus nomen habet culpabile ait Eurip. apud Stob. Serm. 75.* & divinâ, *Sap. c. 3. v. fin.* Denn die Kinder / so aus unehlichem Beyschlaff gebohren werden / müssen gezeugen von der Boßheit wieder die Eltern / wenn man sie fraget. *Syr. c. 23.* Canonicâ, *c. 35. q. 2. c. 15. q. 8.* & Civili, qvæ hanc rationem spectant, dum infames pronunciant Spurios: ut Intemperantiam Parentum puniant, & amore sobolis Immaculatæ, eos vitæ reddant purioris studiosiores. *Arnisæ. L. 2. de Rep. c. 2. n. 12.* Ideoq; ab illustrium matrum hæreditatibus Spurios repellit *l. si qvà illustris. C. ad SCt. Orfitian.* Et iis institutis, fratribus qverela inofficiosi Testamenti competit: *vid. Hartm. Pistor. P. 1. q. 30.* Qvia & Civiliter turpe est esse Spurium. *arg. l. 5. C. ad SC. Orfician. arg.* der R. Polic. O. *de A. 1577. Tit.* von Leichtfert. Beywohn. nec sinè maculâ patrem aut talem qvem justæ Nuptiæ demonstrant, non habere, non agnationem, non insignia. *vid. Aristot. 3. Polit. 3.* ubi dicit, in qvibusdam Civitatibus Spurios non nominari inter Cives, nisi deficiat genuinus: ex communi qvodam gentium & Rerumpublicarum Jure. Scil. ex qvô lex tantùm probat matrimoniales concubitus, reliqvos improbat & damnat; insimul etiam ex his natos tacitè adspergere videtur & hiulcum ipsis vulnus relinqvere. *Bachov. ad Tr. V. 1. D. 8. Th. 8. lit. E.* Nec etiam si naturalem rationem spectemus, alienas, sed proprias gerunt maculas Spurii, licèt pareatum vitio impressas, qvemadmodum videmus multorum infantum facies nævos & errores incuriosæ matris, per totam ætatem circumgestare. *Arnisæ. cit. loc. qvia infamiæ maculis adsperfi sunt. C. conjunctiones c. 35. q. 2.* Exînde Jure Civili cui Jus Gentium judicium hic suum qvasi commodat, Vel est famosus libellus, si qvis scripto alicui objiciat Spurietatem immeritò: Daß er ein Bastart / ein Huren-Sohn / oder unehlich Kind sey. Vel ut Wesenb. tenet, scripta injuria. *in tit. ff. n. 19. de Injur.* Incestum verò utpote naturæ probrum *l. probrum ff. de V. S. Nov. 12. C. 1.* sive extra sive intra matrimonii formam an Colorem, clàm sive palàm qvidem commissum, qvà est Jure gentium talis *l. 68. ff. de Rit. Nupt.* gentes olim expuerunt & capitaliter damnárunt *Ant. Matth. de Crim. p. m. 458. n. 5.* De furto adhuc adjiciam licet, qvia hoc genus delicti omnem gentem ingenuam & generosam vel ideò maximè deflexisse, qvod pro servili probro habitum usqveqvaq; sit, Bachovium cum Generosissimo Domino tùm Respondente suo, qvi nunc glorioßissimo *Novell. 82. c. 1. per tot.* perpetuum suo Capitaneatu, annexoq; PRINCIPI ILLUSTRISSIMO, Duci Lignicensi &c. assidendi munere nobilissimo, Lignicensem ipsum Silesiæ Ducatum, utinam qvàm benè, tàm vitâ adhuc diutissimè! regit, Domino DAVIDE à SCHWEINITZ / &c. (videtur enim mihi pro incomparabili suâ in Doctrinis & Experientiis *d. Novell. 82.* Senatoriis præsertim, iisdemq; Virtutibus additâ excellentiâ, cum acutissimo illo qvondam Præside & D. suo in hanc materiam haut vulgari Zelo, multa acutè & prudenter disseruisse ac studio suo contulisse, pariter ac de Studioso qvodam cogno-

cognomine Archinto secum in aliâ qvæstione factum prædicat Fachinæus 10. *Controverſ.* 89. hanc autem EJUS honorificam Vivi memorationem, tot, qvantum scio, nominibus debitam, qvantúmvis ab IPSO nihil eqvidem cupitam, qvippè qvem & magnitudo animi & satietas gloriæ dudum & veræ laudis Victorem præstiterit, præterire sic nato sermone hic me minimè potuisse) conteſtatos reperio *in Tr. V. 2. D. 30. Th. 3. lit. G.* Certè Hebræos, Athenienses, Romanos, Scythas, aliasq; barbaras etiam gentes illud graviter plectendum esse censuisse, *Gellium L. 11. Noct. Att. c. 18. Petr. Tholoſ. Synt. J. 37. 2. n. 6. seqq. &c.* Itaq; si primùm *Consvetudine Loci* an potiùs pravis moribus *Bachov. Tr. V. 1. D. 22. th. 3. f.* effera cujusdam Nationis libido, aut seculi profanitas adulterium admittat; homicidiumvé hæc vel illa Respub. sine graviori pœnâ, ut apud Polonos; nobilis paucis grosſis corpori hujo vel illio inrerfecti impositis, pœnâ immunis est, abire sinat. *Bachov. ad Tr. Vol. 1. D. 1. th. 9. B.* Deinde *Consvetudine Personæ.* Sceleritati *l. 3. pr. ff. de bon. eor. qvi ant. Sent.* blandiens aliqvis Eudemita furtum minoribus delictis accenseat; Johannes aliqvis de Casâ Sodomiæ flagitium laudet: Propterea né illis populi adsurgent? Isti derelictis bonis nefario uni ad hærebit Judex? ut furtis adsvetus mitiùs puniatur? fortasse qvòd ex Platonis doctrinâ actiones ex habitu contracto sint involuntariæ? Ut non potiùs intelligens, aut habitum sic esse contractum, ut adhuc correctioni sit locus per graviorem coërcitionem; aut si contractus irrevocabilis fuerit, cùm versetur hic injuria & periculum alterius, talem ut incurabilem ad exemplum, qvi alter pœnæ finis est, ut emendentur alii, à communione civili tradat abscindendum; Et hinc Lex novior furto pœnam laqvei: & ex sententia DD. in solitum blasphemari pœnam mortis statuat. *Bachov. d. th. 9. B. per alios sibi alleg. V. 2. D. 30. th 3. G.* In hunc igne, rotâ, gladio non animadvertat officium? *l. 4 C. de off. R. PR. Ant. Matth d. Tr. p. m. 877. n. 5.* Proinde cum à vagis & incestuosis libidinibus abstinendum esse naturâ, à qvâ scil. ab Objecto ratio prohibitionis est, licèt à posteriori Juris gentium, qvod incestuosa Conjunctio gentibus improbetur. *Vid. Grot. de J. P. & B. L. 2. c. 5.* constet, à stupri, adulterii, incestûs pœnâ excusatione ignorantiæ, non liberabitur miles, minorennis aut mulier *tit. C. ſi adverſ. delict.* nec rusticitati venia dabitur, *l. 2. C. de in Jus vocand. Coraſ. 4. Miſc. c. 17. Vid. Bachov. d. th. 9. B. verb. unde reſolvi. poſt pr.* ubi ex ejusmodi personæ non à tanto, nedum à totô excusationem permittit. * Et Societatem universam singuli malefactoris suppresſione vindicari *Godofr. ad d. l. 5. d. Ju. & J.* Hinc qvoq; leges pœnarum, (adhuc enim videbatur nefas, qvàmvis malos, tamen homines, ultimis suppliciis adficere,) qvibus pro diversis maleficiorum generibus atq; circumstantiis secund *l. 16. ff. de pœn.* diversa sunt supplicia decreta, ex Jure gentium qvod gentes, usu exigente; & Ne- §. 14.

cessitatibus hominis (societatis tuendæ causâ) constituerunt §. 2. *Inst. de J. N. G. & C.* unde creationes Regum & Principum, Jura Magistratuum, Jurisdictiones, Jura personarum & rerum obligationes, actiones & judicia, & legatorum non violandorum religio & reliqva id genus; alia qvæ ex usu. Cætera ex Necessitate.

§. 15. *Hahn. in π. Wesenb. n. 14. de J. & J.* * Cum enim homines Juris naturalis præcepta, qvod gentium primævum magistraliter *Coras. Misc. 6. c. 25. n. 3.* vocat, susq; deq; haberent, vitæ aliorum & fortunis inhiare non erubescerent; & Necessitas per rationem naturalem usum defensionis svasit adversum talis modi violatores, non tantùm inter privatos *l. 3. d. J. & J. l. 1. pr. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aq.* sed etiam publicâ auctoritate à societate integrâ, prout conformia his paulò *infr. numerus 17.* icit, pacto fœdere expediri ad mala vel nondum illata avertenda, vel jam illata averruncanda *§. 2. Inst. de J. N. G.* ex bellis secutæ sunt Captivitates, ex Captivitatibus, prout omnibus gentib9 secundū carnalē dominandi affectionem maximè placebat. *Old. cl. 3. A. 9.* At verò etiam non minùs malis hominum moribus adhibitæ, velut ægro corpori necessaria pharmaca *Heig. n. 22. J. d. J. P.* Servitutum calamitates *d. §. 2. l. 4. ff. d. J. & J. l. 4. de Stat. hom. l. si id qvod. ff. de Cond. indeb. §. Servitus. Inst. de Jur. person. princ. Inst. de libertin.*

§. 16. * Ne dicam hîc, qvodnam sibi qvidam volentes prudentesq; ipsis aliquando imposuerunt jugum *§. 4. Inst. de Jur. Person. l. 5. ff de Stat. hom. l. 7 pr. ff. de liberal. Caus.*

§. 17. * Specie utrâq; contra naturam *l. un. pr. C. de SCt. Claud. toll. l. 4. §. 1. ff. de Stat. hom. d. §. Servitus Inst. de Jur Person.* quia repugnat Conditioni qvam homo habet à naturâ, qvæ omnes æqvales *l. 32. ff. de R. J. i. c.* æqvè liberos *d. l. 4. de Stat. hom. Nov. 89. c. 1. §. natura. c 9. verb. Sicut enim &c.* produxit *Bachov. ad Tr. V. 1. D. 2. Th. 2. lit. B.* Prorsus ex Theologorum Sententiâ: Cum Homo ad imaginem Dei sit conditus, Dei verò natura sit imperare, non imperata facere, consequens esse; hominis naturæ non esse, ut serviat. *Balduin. in loc. superius prælleg.* Nos excipimus Oeconomicam Parentum in liberos potestatem, qvam Natura ac Deus familiis indidit. Cùm alia sanè ferè omnis,

inter

inter alios, qvi utut initio generis humani, alio invicem respectu æqvales, naturâ omnes essent, à Violentiâ cœperit; postqvàm, (ut paulò altiùs repetam!) Cùm imbecilliores adversus aliorum potentiam nec tueri se possent, potentiorum auxilia implorârunt, & in Clientelam sese eorum dederunt, defensionemq; hi illorum adversus alios susceperunt. Ex hoc gentium populorumq; consensu Reges, Dynastæ, Judices, Satrapæ, Domini, instituti sunt primùm, atq; tributa eis universim potestas omnis, defendendi, vindicandiq; publicè, qvam singulis natura ex se primitùs permiserat. Hinc mox in Sacris literis Nimroth robustus Venator dicitur. *Zypæus de Judic. L. 2. c. 1. pr.* At hinc verò Imperium Magistratûs Juri Naturæ prorsus abjudicare velle, ἄλογον sit.

Neutra tamen injusta. * Illâ scilicet ex offensæ hostilis *d. l. ut vim. 3. ff. de Just. & Jur.* §. 18.
(Qvi verò hostili animo contra Remp. veniunt, si vitam, atqve libertatem, qvam aliis injustè ereptam eunt, procul dubio perdiderunt. *Arnisæ. de Rep. L. 1. c. 3. Sect. 5. n. 46.*) repulsione: loco pœnæ injunctâ Servitute, iniqvum bellum vel moventibus vel adjuvantibus, adeoq; naturam destruente per naturalem rationem, qvod ex pœnarum irrogatione qvotidiè fieri videmus, & adseritur conceptis verbis à Triphonino *in l. bona fides. 31. pr. ff. depositi. vel contra.* Sic naturæ consentit Educatio liberorum *l. 1. §. Jus naturale ff. de Just. & Jur. & l. 5. ff. de Agnosc. & Alend. liber.* & tamen degeneres licet Patri abdicare. *l. ubi. C. eod.* Nec hoc est contra naturam; qvippè, ut naturâ æqvum est, filium in lucem editum alere, ita rursùs æqvum est, filium esse memorem sui officii, ne paternam pietatem usqvàm offendat. desierunt ergò propter ingratitudinem liberorum loco censeri: qvia ingratitudo, ut ait Imp. *in §. Optime. Nov. de Nupt.* tollit debitum naturæ. *Bronch. in l. 8. in fin. de R. I.* Nec liberis hominibus amplius accensendi sunt, qvi deliqvio libertatem profligârunt. Jus n. naturæ, qvod omnes homines liberos proclamat, coarctat (sic *Auth. Nunc soli. C. de Nat. lib.* loqvi amat) ad eos, qvi debitam â naturâ libertatem maleficio non abjecerunt. Atq; hactenùs qvatenùs sc. Servituti facinorosos & morte dignos homines subjicit,

Jus

Jus gentium nullâ laborat iniqvitate, nec Jure accusatur; ut ait *Aristot. 1. Polit. c. 4.* aut tanqvam adversum naturæ, qvoad intra supplicii terminos se continet, nec extra metas nimis licentèr vagatur; sed imò maximè ei consentaneum audit. Brevitèr: Servitus est contra naturam incorruptam, qvam potissimùm respicit Jus naturæ, non est contra naturam malitiis & violentiis adulteratam, inqvit *Franzkius ad §. 2. n. 4. Inst. de Jur. Person.*

§. 19. *Hâc ex temeritatis proveniente mulctatione. *Cõn. L. 2. c. 1. n. 5.* Qvia Juris Civilis dispositione, & vi ac potestate legis. *Cothm. D. 2. Th. 8.* licèt non ipsâ sui distractione, cùm sui ipsius nemo Dominus sit *l. 13. ff. ad L. Aqvil.* & liberi hominis nulla æstimatio, nulla ideò & per conseqvens venditio esse possit. *l. 103. ff. de V. O.* talis ganeo, qvi animum tâm gerens abjectum ac degenerem *Neand. Tr. de Stat. Pers. p. m. 39.* & seipsum exigui lucelli gratiâ venalem postulans *l. 17. §. 12. ff. de Ædilit. Edict.* statu se suô deturbat *l. 21. ff. de Stat. hom.* in qvem nec reclamare ullo potest tempore *l. 5 pr. C. d. Lib. C. l. 1. C. Qvi: ad Lib. pro. non lic.* inqvam, hic in pœnam facti improbi, & ut malitiæ hominum occurratur, *Hillig. in Donell. enucleat. L. 2. c. 9. lit. N.* libertatis autâ privatur. Aut alius plus contrahens qvàm qvod erat solvendo æris alieni ex LL. XII. Tab. in addictionis vincula detruditur, *Bachov. ad Tr. Vol. 1. D. 2. Th. 3. lit. B.* Qvanqvàm Novo Jure privatæ huic severitati dicam scripserit. *l. 12. ibiq; Ayth. C. de Oblig. & Action. l. 1. & l. 4. C. qvi bon. ced.* Nec tamen hodieq; in Germaniâ qvicqvam freqventiùs, præsertim Jure veteri Saxon. & Lubecensi, compertumq; habeo, id in Holsatiæ & Mecklenburgico Ducatibus usu florere, qvò in potestate erat creditoris, utrúm debitorem ad Cess. Benef. admittere, an verò mancipio accipere velit, Daß er ihn zu eigen annimt / judicialiter factâ addictione, wann er dem Creditori gerichtlich übergeben wird. *Hahn. in π. Wes. de Cess. Bon. n. 3.* qvod ex Jure communi defluxisse videri potest, qvô à privatis redemti pro λύτρῳ donec solvant, pignori obligentur, *l. 17. ff. de Re milit.* sin' neqveant, per qvinqvẽnium eis operas præstare in authoramentum coguntur. *l. fin. C de Re milit.* qvàm ob debitum non solutum publicâ coërcitione, *Bachov. ad Tr. V. 2. D. 24. Th 4. lit. A. B.* com-

compingi in carcerem homines, dummodò non ſit ſqvalidus, qvod periculum vitæ minetur, argumento *l. 2. C. de Exact. Tribut. l. liber homo. ff. ad L. Aqvil. l. 1. poſt pr. C. de Cuſtod. Reor.* Vel qvocunq; tandem ſuo qvis vitio, ut Germani antiqvitùs aleam ſobrii inter ſeria tantâ lucrandi perdendivé temeritate, exercuerunt, ut cum omnia defecerint, extremo ac noviſſimo jactu de libertate ac de corpore contenderint. Tùm *Victus* (inqvit *Tacit. Lib. de Mor. Germ.*) *Voluntariam ſervitutem adit, qvamvis junior, qvamvis robuſtior, alligari ſe ac venire patitur, ea eſt in re pravâ pervicacia. Ipſi ſidem vocant. Servos conditionis hujus per commercia tradunt, ut ſe qvoq; pudore victoriæ exſolvant;* aut fortunæ, coactionis nexibus compeditur *l. 21. pr. & l. ult. C. de Agricol. & Cenſ. l. 23. §. 1. & tot. tit. eod.* Cùm ſpecies ſervitutis ſit, ſi qvis præter voluntatem alicubi habitare cogatur. *l. 71. §. 2. ff. de Condit. & demonſtr.* aut in ſervitutem redigitur; qvod vel duodecim modis fieri poteſt; referente *Mercer. 1. opin. 9.* *Dixi, ſibi ipſis hoc tan- §. 20.
tùm multos accerſere onus, qvia, qvi E. C. per ingratitudinem, contemtum Principis, aliaq; delicta, adeoq; factô ſunt ſuô ad hæc Clathra redacti; *l. 2. C. de Libert. & eor. liber. l. 1. §. omnis. C. de adſert. toll.* Ipſiſſimi eſſendo id ſanè effeciſſe videntur, qvia factum Judicis, ut plurimùm factum partis ſpontè ſuâ in hanc aleam ex merâ procacitate, qvâ patitur judicium ſuſcipi, qvâ in judicem, qvà leges Adraſtiæ conſentiendo *Franzk. pr. n. 10. Inſt. de Oblig. qvæ ex delict.* Contrahentis; *junge Bachov. ad Tr. V. 2. D. 29. §. 5. E.* unde poſtmodum novata naſcitur judicati actio. Cujus tanta eſt autoritas ut teneat; etiamſi nihil debitum fuiſſe poſteà conſtet. *Bach. 2. 23. 5. D. ut infr. M. II. n. 11.* eſſe cenſetur. *Heig. P. 1. q. 19. n. 36.* Et Sententia judicis etiam in delictis dicitur qvaſi contractum parere. *l. 3. §. 11. ibi: ita judicio contrahi. ff. de peculio. L. clarum. pen. C. de Autor. præſtand.* Dum Rei ſeipſos pœnæ ſubdere *l. 34. ff. de Jur. Fiſc.* ſuâq; mente puniri *in l. ult. C. ad L. Jul. Maj.* dicuntur, & amatores periculi vocantur, *in Nov. 7. c. 5. pr.* atq; ab ipſis utrinq; ſeu ex maleficio, ſeu ex qvaſi maleficio, facto tamen publico in publicum, privato privatum in creditum itur, *Hahn. in π. W. p. m. 779. not. 2.* in idemq; duplici obligatione genus & onus executionis proruitur. *Gœdd. ad l. 12. pr. & n. 8. d. V. S. Ant. Matth. de Crim. p. m. 979. pr.*

Qvanqvam ita haud concludere illegitimè insistamus, qvod qvousq; velis antecedens delinqvere, necesse sit velis & eidem consequens puta castigari & plecti; uti qvodammodo arguit *Hillig. præmemor. loc. L. 15. c. 23. lit. B.*

§. 21. qvod *Period. III. n. 11.* confutatum ivi. * Acceptam referente nihilominùs omni servitiorum concatenatione Juri gentium sui inceptionem. *l. 4. de Just. & Jur. l. 4. de Stat. hom. l. si id qvod. ff. de condict. indeb. §. Servitus. Inst. de Jur. Person. pr. Inst. de Libert. Bachov. ad Tr. V. 1. D. 2. th. 3. lit. B. Heig. n. 20. pr. Inst. de Jur. Person.* Licèt videatur his posterioribus speciebus Jus Civile ad Servitutem, qvæ primùm Juris gentium erat, posteà alios modos addidisse. *Heig. §. f. n. 10. d. loc.* Non minùs qvàm contractuum, qvi licet sint Juris gentium: ita qvoq; in Specie, licet Testamentum à Jure gentium sit, modum tamen aliqvem Jus civile informandi, cùm nihil possit esse sine formâ, licèt harum una sit perfectior aliâ, & qvædam à Jure gentium ruditer informata, & delineata, Jus Civile formavit exactius; introducere potuit. *Bachov. ad Tr. V. 2. D. 10. §. 1. lit. B.* Veluti & obligationes sunt Juris gentium absolutè consideratæ, & qvoad esse genericum, atq; Juris Civilis aliter dici non possunt, qvàm qvoad Informationem; Qvæ ipsa qvalitas est accidentalis; ideoq; rei substantiæ tantum accedit, qvantùm eàm abest, ut mutet. *Hahn. in tr. W. in fin. de V. O.*

BREVIARIA.

22. *Denig; Lex Civilis in facinorosos variis pœnarum generibus animadvertit.*
23. *Qveis licet aliqvô personarum respectu habitô, tamen justâ pœnâ omnium delicta æqvè ferit, nec mitigationem promittit, nisi pro solâ qvalitate delicti verè diversâ, & pœnæ qvantitate diversâ, nec apparenter & nominaliter, sed itidem verè.*
24. *Nec veniæ spem ulli pollicetur.*
25. *Minimè omnium ultionis dilationem permittit.*
26. *In causâ periculi publici ordinariam executionis viam antevertere licet.*
27. *Exemplum hujus rei judicatæ submministratur.*
28. *Qvinam sint casꝰ in qvibꝰ ab execu-*

executione incipere liceat in criminalibus, remissivè.

29. *In Sententiam Capitalem regulariter Princeps consuli debet, aut qvi aliàs τὸ κύριον in Rep. habet.*

30. *Latâ Sententiâ, Executionis nulla debet esse mora.*

31. *Conclusio* SUPPOSITI, *cum exaggeratione Justitiæ Criminalis.*

Jure Divino, Canonico, Sacris populorum moribus, qvi honestorum & turpium discrimen immoralitate nihil exuerunt, §. 22.
Unius enim atq; alterius gentis moribus pravis, qveîs vel Lacedæmonii usum furandi sibi habeant, *Ungepaur Exercit. Justin. 13. q. 1. in Neg.* pro Jure gentium minimè agnitis, cùm corruptelæ potiùs videantur. Et rectè *Forner. ad l. 42. ff. de V.S.* in hunc locum affirmat, *unam aut alteram hirundinem non facere ver.* Sed eô, qvod, ut *supr. Per. IV. n. 12. & 13. pr. & f.* dictum, naturalis ratio inter omnes homines constituit *§. 1. Inst. d. J. N. G.* & qvô omnes ferè gentes utuntur. *c. 9. Distinct. 1.* in necem maleficorum conspirantibus, Imperator qvoqvè tandem Noster, Mundi Dominus *l. Deprecatio. ff. ad L. Rhod. de Jact.* Sanctionum Civilium Stator, *Nov. 12. c. 4. pr.* vult obtinere, qvod suæ seculi leges, *c. 12. q. 2. can. 9.* Constitutionesq; divales & sacræ, *§. 3. cum fin. Inst. de Test. ord. pr. Inst. verb. non est permiss. §. 25. v. 3 Inst. de Legat. Nov. 63. f. Nov. 66. f. Nov. 83 pr.* Itemq; sanctæ *pr. Inst. qvib. mod. tut. fin. Nov. 23. & 54. f.* ac Divinæ. *§. 9. f. Inst. de Usucap. Nov. 50. pr. Nov. 52. f.* exigunt. *Nov. 72. c. 13.* Ohne welche kein Reich oder guter Nahme in der Welt immermehr bestehen kan. Reichs Absch. *d. Anno 1603. §.* Wie hoch und viel. Ne Justitiâ deficiente revangetur mundus: *Sithm. de Jdict. Episcopal. c. 13. n. 45.* Alioqvin Libros terribiles (XLVII. & XLVIII. P. & IX. C. ubi *Ant. Matth. de Crim. ibid.*) confecit, qvòd hominibus terrorem incutiant, demandatq;, ut judices acriori remedio progressuri *l. 3. C. de Patr. potest.* Simplicitèr pœnæ Sententiam in delinqventes jaculentur. *c. Tanta. 1. q. 7.* Ut rigor ultionis in eos insiliat *c. Felicis. de Pœn. in 6.* Juraq; insurgant armata gladiô ultore *l. 31. C. ad L. Jul. de Adulter. pr. Proœm. Inst.* in illos qvi Jctioni illudunt *c. Cordi. de Appellat. in 6.* aut Prætoris auctoritatem contemnunt: *l 5. ff. de Judic.* Ipsiq; interminatis subjacent pœnis *Nov. 5. c. 8.* Infames qvi præsentes vel futuri sunt sceleris rei. *d. l. 31. C. ad L. Jul.*

Jul. de Adulter. Limenarchis & cohorte armatâ circumdati elabi fugâ conantes cohibeant *l. 4. ff. de Fugitiv. secundum Zypæ. de judic. L. 3. c. 7. n. 4.* Pœnâ Criminis Læsæ Maj. in eum statutâ, qvi capitis Summi Principis Jdictione damnatum violatâ vinculis eximat. *arg. l. 8. ff. de Custod. Reor. W. in π. & Hahn. ibid. in not. Lib. 2. t. 7. n. 5.* Captum autem procuratâ securitate per aliena etiam territoria ad supplicium duci *Manz. Decis. Palatinar. 89. n. 8.* festinent. Sin autem qvis accusationis metu profugisset, dies ei certa finiatur, ad qvam nisi citatus respondeat, absens damnetur, ejusq; bona Fisco; Corpus autem per judicium banitorium, & per vulgò Das Blut- und Zettergeschrey/ *vid. Hering. de Homicid. p. 131. n. 239.* Vitaq; omnibus, Sein Leib und Leben dem Kläger und jedermänniglich erläubet/ *Gail. 2. de Pac. Publ. c. 6.* pœnæq; divinæ (Durch die erschreckliche Wort: Weh! Weh! über den Todtschläger mit starcker Stimm auff offentlichen Marckt/ oder vor Gericht geruffen/ *Hering. cit. loc.*) publicentur. Sin verò antè abfuerit, qvàm de ejus nomine deferendo qvicqvam tentaretur, absens reqvirendus annotetur, ut copiam sui præstare cogatur; juxtà ac illa Rævard. *L. 1. Conject. c. 19.* habent. Sed & ad Ecclesias profugi malefici vel debitores, extrahantur, non nisi salvo jure redintegrandi, si rectè confugerint, privilegiati. *Frider. de Interd. p. 484. n. 57.* Nec absentiâ in criminalibus qvæstionibus, ubi pœna corpori inferenda per Fidejussoris *vid. Ungepaur. Exerc. 16. q 12.* aut Procuratoris substitutionē indulgeant *l. pen. §. ult. ff. de publ. jud.* Nisi qvòd incarcerato Advocato negandus non sit. *l. 2. C. de Exhib. Reis.* ubi iterùm sic excipitur: Famosus nisi notorio sit crimine latro; pro qvō & incarcerato Advocatum minimè admitti pòst *Jason. & Bald. Freher.* tradit *Hillig. Don. enucl. lib 18. c. 3. lit. R.* Sed suâ ipsum, ut ad esse Auditorio debere sciendum est, *l. 1. ff. An. per al. caus. Appell.* delinqventem personâ comparere necesitent, ut veritas faciliùs ex Rei vultu & sermone eruatur *l. 10. §. ult. ff. de qvæst.* à maximo judice, qvi Imperium habet, & jus graviorem dicendi sententiam *l. 26. l. ult. C. de Procur. & Defens.* utq; pœna corporalis ipsi autori possit infligi, vid. apud *Perez. in C. de Procur. n. 11. & de Accus. n. 8.* Nisi, qvòd facit favor personarum illustrium, ut hæ in causâ injuriarum criminaliter motâ defendi

per

per Procuratorem posſint. *l. ult. C. de Injur.* Nî hoc impetrari detur, delinqvens alibi repertus ad repetitionem judicis loci, ubi delictum patratum eſt, ad hunc ipſum judicem remitti debet. *l. 7. §. ult. ff. de Accuſat. Nov. 134. c. 5. c. 1. X. de Raptor. Clem. 2. de Sent. & Rejud.* ex rationibus: *l. 28. §. 15. ff. de Pœn.* & qvòd Respublicæ etiam diverſæ communi qvôdam vinculô continentur; Maximè ubi remediô literarum reverſalium, uti ſolet, qvoties remiſſio fit, uſitatâ Germaniæ conſvetudine caveri, remittendi Magiſtratui nullum ſuæ per talem actum Jurisdictioni fiat præjudicium. Sin nec hoc obtineas, citrâ etiam remiſſionem alius tùm Magiſtratus Reum punire poteſt & debet; & ut judici citanti *Godofr. ad l. 4. §. 5. ff. de damno.* prehendendi ſacrum, & exeqvendi ſententiam copia fiat, literis remiſſoriis effectû, ita & reqviſitoriis reciprocis ac mutui compaſsûs, ut eas appellitant, judicem condemnati à judice condemnante rogari (qvia par in parem non habet imperium) oportet, ut latam ſententiam exeqvatur: *arg. l. 12. §. pen. l. 15. ff. de Rejud.* Ut improbi vel infamiâ feriantnr. *Nov. 67. c. 1.* & turpitudinis maculâ adſpergantur: *l. 20. C. Ex qvib. cauſ. infam. irrog. l. 27. C. de Inoff. Teſtam.* cujus tamen major qvàm mortis eſſe debeat metus *l. iſti. §. 2. ff. qvod met. cauſ.* & non minori curâ & ſtudio honor atq; famæ integritas nobis, qvàm ipſa ſit vita cordi; *Brandmyll. in Diſſer. Jur. Civ. & Can. p. 563.* Vel fortunarum ſuarum aut capitis ſubeant diſcrimen. *l. 1. in f. C. Qværes vend. non poſſ. l. 28. pr. ff. de Pœn.* & malefici qverelarum vocibus, duplici in Criminalibus: vel ad Inſtantiam partis, vel ex Officio; procedendi modô, *vid. Clar. 5. Sent. §. ult. q. 3.* accuſentur, ut cenſuræ judicialis vigor eos abſumat. *l. 3. ff. de Off. Rect. Provint.* Aut interdicto uſu earum rerum, qvibus vita conſtat hominum, aqvæ, & ignis, qvibusq; perinde habetur ademtis qvi eam ſententiam exceperit, ac ſi ultimâ ſit morte mulctatus. *Bach. ad Tr. 2. 37. §. 6. C.* * Non alio §. 23. promiſcuè, cùm denunciationis, tùm inflictionis *l. 3 f. C. Ne ſanct. baptiſ. iter.* Qvocirca memoriæ proditum eſt, Carolum hujus nominis I. Neap. Regem juſſiſſe laqveo ſuſpendi judicem, qvi pœnâ mortis mactando manum abſcindi ſolùm juſſerat. *Clar. Lib 5. Pr. Cr. §. fin. q. 85. verſ. ulter. qværo. vid. Decher. in D. Inaug. de Jur. aggrat. Poſ. 2. §. 14. & text. ab eo allegat.* Qvam hoc ſaltem æſtui flabrô ſperandô; qvòd pro-

ut nimia in unoquoq; admissi reperiatur enormitas, ita etiam ille facti & effati desuper legalis, fatiq; corripientis *Liv. L. 10. p. m. 281.* exæqvatâ lance, certâ delicti æstimatione *l. 41. ff. de Pœn. Zypæ. in Jud. 2. 3. C. 7. n. 10.* causæq; pœnæq; commensuratione factâ. *Perez. in C. L. 2. T. 12. n. 11.* Ut nulla facinora sine vindictâ omittantur, & juxtà mensurâ criminis sit & plagarum modo, nec morbis remedia sint graviora, sed & ne demeritô leviora *Zyp. d. L. 3. c. 7. n. 8.* Severitati judicis subjiciatur. *l. etsi. C. Si contr. Jus vel util. publ.* Qvandové exemplum & pœna Capitis statuitur, ubi delictum mortem minatur; *l. 7. & l. 9. ff. de extraord. Crim.* Ut excorientur ita nocentes; nevé pecunia ab his sed sangvis ducatur. (*inversa sunt Lipsi verba in Polit.*) *Ant. Matth. de Crim. p. m. 879. n. 12. Hering. in Append. Disc. de Homic. atroc. p. 317.* ubi tractat Qvæst. Num Princeps delictum capite puniendum sive pœnam sangvinis commutare in aliam aut remittere possit? *ibi vid.* Nec citra æqvitatis id parilitatem, cum è contrario afflicti vicissim de alio sibi compendio restrictionis pœnæ gratulari habeant, *ut infr. f. h. n. 23.* qvia pœna nulli est indicenda, nisi de eâ irrogandâ expresso jure cautum sit, *l. at si qvis. §. divus ff. de Relig. & sumt. fun. Nov. 2. C. cum igitur. post pr.* & qvem Judex duriori qvàm oportuit pœnâ oneravit, de cæterô ab infamiâ relevat *l. 8. C. ex qvib. caus. infam.* Qvemadmodum ipsa lex, qvæ plus conseqvitur ex damnatione rei, qvàm ipsi debetur vicissim qvoq; aliqvid remittit; qvod probatur *in l. 13. §. penult. ff. de his qvi not. inf. l. 4. C. eod. l. 15. pr. ad municip. l. 20. §. ult. de Pœn l. 56. §. 1. de furt.* Si modò pœna ad vindictam publicam spectet, & in ipsâ Sententiâ pœna gravior irrogata, & qvidem reipsâ & verè pœna gravior sit: qvod si enim ex mente legis propter aliqvam circumstantiam pœna fuerit aggravata, non potest videri transactum dè existimatione. *per dict. textt. Scip. Gent. 3. de Jurisd. c. 35.* Ita qvi porcum, Capram aut vervecem abduxit, non tàm graviter, qvàm qvi majora animalia abegit, punitur. *l. 1. §. 2. ff. de Abigeis.* Qvinam autem sint casus in qvibus prò Crimine pœna mortis naturalis à lege imponitur, plenius & planiùs videri poterunt apud *Clar. Pr. Crim. L. 5. §. fin. q. 68.* & ab eôdem ibid. *n. 1. allegat.* vel non minatur: ut, cùm Judex (qvanqvàm ista latiusculè huc principaliter non pertineant deductu) pro munere, extra tamen qvalitatem munerum i. e. qvòd ejus animum pervertere valeant.

Qvam

Qvam vim autem tàm fortè modicis, *vid. Sprenger. Tr. de Modico c. 5. n. 8.* qvis tribuat? qvis tantam tali turpitudinem acceptioni? Omnium autem rerum turpissimùm, maximeq; nefariũ est; ob rem judicatam pecuniam accipere, pretiô habere addictam fidem ac relligionem, Censore *Cic. in Verr.* qvis hunc finem, qvem & nôsse præsumitur, ut debet, Judex, tàm exiguæ donationi & vili munusculo? Parcitur enim famæ hominis pro re vili. *Tabor in Armamentar. p.* 307 *n. f. Ant. Perez. in C. L. 2. t. 21. n.* 9. Non ergò ad lucra, non ut venalis fiat Sententia etiam justa &c. *Zypæ in Jud. L. 1. c. 15. n. 5.* esculenti aut poculenti tantillum modò acceperit, qvantum intrà dies proximos prodigatur *l.* 18. *f. ff. de Off. Præs. vid. Anton. Matth. de Crim. p. m.* 620. Non tamen extrà culpam prorsùs versetur, qvatenus Judex inferior, cui ne minimùm qvidem hîc licere, nec inferioribus Magistratibus, & præsertim judicibus qvi publica salaria habent, ullô modô à privatis munuscula privata accipere, ne esculenta qvidem aut poculenta vult *VVes in ϖ. de Off Proconsul. n. f. per textt.* pro se allegat. *Sprenger. d. loc.* Tanta Xeniolorum invidia? Hanc si volupe, pro hostimento capesse! Aliàs casu qvodam (scilic. extra hoc Xeniorum jus: ὅτε πάντα, ὅτε παντότε, ὅτε ϖρὸς πάντων *l. 6. §. 3. ff. de offic. Proconf.* de qvo consule Menoch. *de Arbitr. jud. cas. 417. per tot.*) Et fortasis etiam præter horum omne genus, ad nostra usq; tempora spectata fuit statua Ducis Burgundiæ, Principis Belgarum Valencennis in foro, jubentis capite plecti judicem qvendam non infimæ notæ, qvod vaccam unam viduæ abstulerat, inqvit Zyp. *in Judic. L. 1. c. 16. n. 9.* unde plura huc petantur, & qvæ idem volunt *ex l. 12. C. de Dignit. l. 3. C. de off. Præf. Præt. Orient.* Ut judices qvi se furtis & sceleribus inqvinârunt, ablatis Codicillorum insignibus & honore exuti inter infimæ plebis homines habeantur, & Capitali supplicio subdantur, si admissum scelus id poscat. Nulli enim in judiciis Personæ patrocinetur auctoritas. *C. in judiciis. de R. I. in 6.* i. e. talis respectus personarum, qvi impediat administrationem & executionem justitiæ: qvò pertinet *l. 13. f. cum l. seq. ff. ad SC. Trebell.* qvem omninò juris nostri circino explodimus. *Omnem enim hujusmodi honorem seu dignitatem reatus excludit. l. 1. C. ubi Senat.* Qvò & spectat istud Plinii: *in facinorosis Sacramenta nominum conqviescunt.* Et apud Deum nulla est personarum differentia, sed anima qvæ peccavit ipsa morietur, ut habetur *Deut. 18. Reg. 1. 14. Ez. 18.* Nisi qvod aliqvibus aliqvandò in præliminaribus Accusationis, pristina reverentia habeatur, ne contrà *l. ult. C. ubi Senat.* qvi in crimen vocati, ante probationes legitimas Injuriam

riam patiantur. Ideoq; qvi illustri dignitate fulserint, in magnâ Curiâ Neapolitanâ sedendi qvoq; inqvit *Borell. L. 1. de Mag. c. 12. in f.* in aliqvâ secretarii parte, qvæ judicibus inferior, altercantibus superior esse videatur, habeant licentiam; Cujus legis formam in judicando Duce Bironio servâsse scribitur Senatus Parlament. Paris. dùm in accusatum eum Criminis læsæ Majest. cognosceret. Qvod non debet absonum videri, tùm propter reliqvias gesti honoris; tùm qvia multa sunt concessa Illustribus, qvæ non sunt concessa inferioribus hominibus, ut in casu *l. 27. §. 1. & ult. ff. de Pœn. l. ult. C. ubi Senator. Perez. eod.* Non semper in Pœnis, *l. 1. C. ubi Senat. vel Clariss. l. 1. §. 7. ff. ad L. Corn. de Sicar. l. Presbyter. C. de Episc. & Cler.* (qvanqvam ea & hîc freqventer à judicibus observari & regulariter freqventari debeat, qvamq; observari ipsæ LL. jubent. *l. sacrilegij pœnam. 6. pr. ibi: pro qvalitate Personæ. §. fin. ibi: prout dignitas Personæ. ff. ad L. Jul. Pecul. l. 4. l. ult. ff. de incend. l. ult. ff. de Sepulchr. viol.*) Cùm reatu majori delinqvat, qvi potiori honore perfruitur, atq; graviora facit vitia sublimitas peccantium. *c. 4. c. 25. q. 1.* Et Majori Pœnâ dignus est, cui plurimum honoris est delatum. *l. 8. f. C. de Episc. & Cler. l. 13. §. 8. C. de judic.* Nisi fortean in eodem genere pœnarum proportione Geometricâ; cujus difficultatis evitandæ causæ mentionem nullam figillatim hîc ac principaliter feci; tamen utiq; modò nullô. *arg. C. ea qvæ. §. 1. de Stat. Monach.* qvatenus scilicet in abstractô citrâ aliqvem personarum & hinc adjacentium rerum complexum & sine προσωπολημψία, Arithmeticâ constiturâ proportione & in Thesi lex pœnam commensurat delicto *text. apud Wes. π. n. 11. ff. de J. & J.* (Nobis hic instar omnium sit *Gen. 9. v. 6.* qvòd unicâ inibi expiationis formâ positâ talione, sangvis ejus, qvi sangvinem fudit in medium poscatur universaliter. Qvamprimùm autem ex hypothesi, & comparatione ad alterius rei adspectum habitâ, Personæ applicanda Species venit, Geometricæ latentem naturam non tàm adsumit qvàm exerit. Inspiciamus præsens exemplum ratione totius ad partes: & ecce, hic qvatenus pœna rem non resarcit, sed dammum integrum permanet,

manet, licèt adæqvatâ pœnâ patiatur reus qvantum juſtum eſt, pro delicto eum pati: non commutativâ partium inter ſe, ſed diſtributivâ totius ſeu communitatis ad Partes; ſeu delinqventes Cives, æqvalitas ad oculum demonſtrata purè, pateſcit. Nam cum hic percuſſus eſt, ille percuſit, hic interfecit, ille autem interiit; affectio & actio in partes non æqvas diviſa eſt; ſed de abundanti detrahens judex, damno addens, redigere ad æqvalitatem eas conatur. Non nobis ceu aliis commutativa involuntaria audit: conſideratarum; modo aliqvô; *l.16. §.3.l.9. §.31.ff.dePœn.* perſonarum habito reſpectu; imponendarum: qvia Circumſtantiæ variant *l.52. §. 2. ff. Ad. L. Aqvil.* Et *tùm circa perſonas:* ætatem, conditionem ſexum, &c. *Cùm circa res,* earumq; qvalitates, circa locum & tempus &c. diligens inſtituatur examinatio, & exqviſita habeatur ratio. *l Sacrilegij. ff. ad L. Jul. Pecul. l. aut facta. ff. de Pœn. l. 90. ff. de R. J. Oldendorp. ad L. 1. de Juſt. & Jur. verb. jus eſt ars æqvi. § ſortitur enim.* Id eſt, ùt hîc impotentiâ accidentali delicti eſſentiam haut mutent, Subſtantiam tamen ejus ſubtilitate qvalitativâ ita ingrediuntur atq; adficiunt, *l. 16. §. 1. ff. de Pœn.* ut *mediâ* impeTrent *omiſſâ literâ*, qvò & ſui ponderatione judici delictum ſit diſtingvendum, & perpenſo judicio de totâ Cauſâ & pœnâ, prout qvæq; res expoſtulat, veniat judicandum ac ſtatuendum; *l. 11 pr. ff. de Pœn.* Ne Jus commune in genere ſcriptum: qvandoqvidem ad omnes caſus una lex aptari neqvit, *Hahn. in π. W. p. m. 118. ſeq.* Unde exiſtit, qvod JCtis ſubindè in ore eſt, hoc vel illud eſſe verum regulariter, aliud ſpecialiter receptum: *l 9. ff. de Hæred. pet. l. 1. l. 202. ff. de R. I.* aliud procedere per regulam; aliud per exceptiones ſeu limitationes. *l. 5. ff. de Prob. pr. Inſt. de Satisdat. l. fin. C. in qvib. Cauſ. Reſt. in Integr. C. ad decimas. de Reſtit. Spol. in ſexto. l. 12. §. 43. verſ. deniq. ff. de Inſtr. vel Inſtr. leg. l. 4. § fin. ff. de Pœn. l. 3. §. fin ff. de Prævaric. l. 5. C. de Repud. l. 19. C. de Collat.* fiat ſummum & rigidum; qvando in ſummâ ſeveritate, non attentis circumſtantiis ad Hypotheſin ſive Praxin nimis rigidâ Interpretatione transferretur & accommodaretur: Nam tunc incipit verè à juſtitiâ adeoq; à Jure deviare, & ex ſummo iſto Jure ſumma fieri Injuria. *l. nulla. 25. ff. de LL.* Unde Proverbium: *Summum Jus Summa Injuria. Matth. Stephan.*

de Æq. & Bon. c. 3. n. 20. Probè distingvendum ergò moneo esse inter pœnam lege limitatam, vel stricto Jure & rigore impositam; Prout ipsa præcepta pœnalia aliqvandò invicem minùs conveniunt, sed ancipites nos reddunt, atq; faciem justi qvodammodò occultare videntur. Qvod fit concursu duorum præceptorum ex diverso causæ meritò sibi contrariantium, exemplo *l.* 31. *ff. depos.* Item homicidio necessario & similibus, rigore & æqvitate nondum separatis, i. e. pœnæ contemplatione ad delictum personamq; adhuc extra æqvitatis cancellos constitutâ, qvæ non promulgatur, vel sancitur, minùs ad omnes casus, uti nec lex, in scriptum redigi potest, sed in mente consistit: Hujus ergò applicatione, prout ferunt circumstantiæ *l. 16. §. 1. D. de Pœn.* singulis legibus suam constare æqvitatem deprehendimus. *l.* 13. §. *pen. ff. de Jurejur.* Huc pertinent qvæ habent; *Moller. P.* 4. *Const.* 42. *n.* 12. ubi vid. de Pœnis difformibus & uniformibus. Idem *Dn. Richter. in R. I.* 27. *propè fin. Sichard. ad l.* 4. *num.* 18. *seq. C. T. 1. Lib. 6.* ita mitiùs cum Nobilibus & honestioribus agatur, ut ex qvibus causis plebejo gula laqveo ob furtum frangitur, ob hoc illis condemnatis, pœnæ modo in alium transmutetur, *Perez. in C. L. 12. T. 1. n. 72. vid. Clar. in Pr. Cr. L. 5. §. f. q. 6. n. 24. Ant. Matth. laud. Tr. p. 901. juxtà textt. l. 4. §. 1. ff. de incend. ruin. nauf. l. 16. §. 3. & l. 28. §. ult ff. de Pœn. & l. f. v. eum autem. C. ut nemo privatus tit. præd.* qvi textu ita propter dignitatem mitigationē qvandam corporalis pœnæ propinant. At, qvæ vice versâ ex eâdem scaturigine crescit, inundatur atq; augetur, cumprimùm videlicèt qvis delinqvit in derogationem vel contumeliam officii, ipsius seu dignitatis, docente *Cæpoll. Consil. Cr. 39. n. 42. & Tiraqvell. de Nobil. c. 20. vid. Gail 2. obs. 110. n. 42. & textt. alleg.* ac etsi nobiles furcis nō suspendantur, tamen in proditionibus atq; etiā ratione enormitatis criminis suspenduntur, & qvidē altioribus furcis. *Gram. Consil. 40. n. 11. & Vot 3. n. 8.* Licèt aliàs, qvamdiù nec Salus populi, nec existimatio ejusdem id flagitat, genus pœnæ mortis in aliud genus mortis cōmutari haut possit. Nam si Judex condemnet Reum ad pœnam mortis, sed genus mortis, qvô Judex eum voluit puniri, est à Jure prohibitum, utpotè veneni, mallei, præcipitii, etiamsi delictum, pro qvô damnatus est, pœnam mortis mereretur: ejusmodi Sententia damnati Jura nihil minuit, nec eum pœnæ servum efficit. *Clar. §. Testamentum. q.* 21 *n.* 3. Severior autem pœna ultimi supplicii, qvalis est rotæ, culei, ignis &c. vice versâ in mitiorem, scilicèt vel gladii pœnam, qvîn à Magistratu merum habente Imperium converti possit, non dubitat Magnif. Dn. Carpzov. *in Pr. Crim.*

Crim. P. 3. q. 150. n. 69. seqq. sin' aliqva probabilis causa existat. Ad hæc freqventer & illud legimus, ut ex qvibus causis alii deportantur, ex iisdem servi vel humiliores ultimo supplicio adficiantur; ut *l. 1. ff. de Abig. l. 3. §. pen. ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. 1. §. ult. ff. ad L. Cornel. de fals. l. 38. §. actores. ff. de Pœn.* Verûm cùm proprium hoc Civitatis Romanæ Jus sit, non ità temerè id aut Judici aut Legislatori imitandum censuerim. Qvámvis enim suprà diximus, duriùs cum vilioribus, leviùs esse cum honestioribus agendum; Tamen cùm Natura utriusq; communis sit, non est existimandum, in tantum hoc verum esse, ut ex eodem delicto honestiori civitatis, viliori vitæ à naturâ datæ amissio imponi debeat; qvoties naturalia Jura & divinâ providentiâ constituta docent, qvâ pœnâ unumqvodq; admissi genus (uti paulò ante dictum) coércendum sit, à qvibus haud facilè Judex Legislatorvé se abduci patiatur. E. g. Sicarium, (dixi suprà) lex divina morte mulctat dolosum *Gen. 9. §. 4. Exod. 21. §. 12 Num. 35. §. 16. & seqq.* mulctat & adulterum, *Lev. 20. §. 10. Deut. 22. §. 22.* Non debet ergò Magistratus vel hunc relegare, vel illum deportare, utpotè in delictis Deo & Naturæ invisis, in qvibus nec competit Majestati indulgendi potestas *Hering. de Homicid. atroc. p. 175. & 172. prop. 30. n. 54. Bachov. ad Tr. V. 2. D. 30. th 3. G.* Qvanqvàm in Exemplis rerum Criminalium pœnis legum Civilium confectarum, cæteris paribus, aliter puniri nobilis debeat, qvàm ignobilis, *l. ne qvis. 2. C. ut nemo privat. tit.* aliter humilis, qvàm vir gravis, *Can. Qvisqvis. 2. q. 8.* seu plebejus qvàm in qvô dignitatis respectum agi oporteat, *l. 28. §. 9. ff. de Pœn.* aliter servus, qvàm liber homo, *l. 16. §. 3. ff. de Pœn.* aliter juvenis, qvàm Senex. *l. 3. §. 7. ff. ad SCt. Silan.* famosi, qvàm integræ famæ homines. *l. 28. Paragr. ult. ff. de Pœn.* Idq; in pœnâ mortis. In Pœnis verò illis, qvæ corpus qvidem affligunt, sed mortem non adferunt, qvòd & Magistratus fustigationis pœnam in mitiorem commutare valeat, adsertionem *Idem* suam stabilit ex *Const. Elect. 8. P. 4. in verb.* Daß er alsdann willkührlich / als mit Faust abhauen / Staupenschlagen / Verweisung / Gefängnis / möcht gestrafft und verurtheilt werden: *Dn. Carpzov. Pr. Crim. d. P. 30. q. 150. n. 75.* De qvo themate tamen non una dubitandi ratio suppetit, comperioq; alios JCtos à Dn. Carpzovio, utut vivus per ora virûm volitet, ut Ennianum est, divortium meritissimo suo fecisse. * Neq; hîc supplicantibus facilè criminis indulgendi Spes fit, *l. 7. C. de Prec. Imp. offer.* Ne facilitate veniæ incentivum delinqvendi tribuatur; *C. 1. q. 7. c. 3. X. de Pœnit. & Remiss. c. 23. q. 4. C. ut Cler. extr. de Vit. & Honest. Cler.* & Spes impunitatis peccandi illecebram excitet; *Perez. in C. de Sent. pass. n. 19. jung. infr. Membr. II. n. 20. propè fin.* nec minùs fœcundum §. 24.

crimen inultum mox alterum atq; aliud pariat: (Nam *qvi uni indulget indignô, plurimos facit ad prolapsionis contagium provocari, d. c. 23. q. 4. in fin.*) qvàm alioqvin vix est, ut judicum diligentia tàm felix sit, qvo Herculis sortem superet, qvîn, si unum hydræ caput amputent, plura catervatim subnascantur. *Zypæ. L. 3. c. 7. n. 8.* Hinc, ut paulò antè paucis monitum à criminum dolo patratorum pœnâ ab Ipsâ Divinâ Majestate dictatâ, nullus rerum Dominus deflectere potest, siq; pepercerit, ipsemet pœnæ succedaneus fiet: qvâ in re Divinis Tabulis obseqventissimum se Justinian. suâ Legislatione gesit *Novell. XVII. c. 7.* dum Asylorum refugio indubiè sceleratis interdixit.

§. 25. *Aut ultiodiffertur, *l. 18. C. de Pœn.* præsertim in gravioribꝰ causis. *l. pen. C. de Custod. Reor. l. 6. l. 9. ff. de Just. rupt. & irrit. Testam. l. 16. f. ff. de Sicar.* vel supplicatione executionem impediente. *Auth. Qvæ Supplicatio. C. de Precib. Imp. offer.* etiamsi damnatus dicat; se habere qvæ Principi referat salutis suæ causâ. *l. 6 ff. de Pœn.*

§. 26. *Qvia immò inconsulto qvoq; Principe est, Reip. necessitate, si qvà grandis est, nec compositâ ratiocinatione producta magis, qvàm inevitabili qvodammodo fatô verendâ, vel data jamjam, *Zypæ. L. 3. de Jud. c. 2. n. 21.* Jus ordinarium solvente; *Id. c. 8. n. 8.* ubi qvem condemnatio, condemnationisq; executio seqvatur; pœnaq; etiam aliqvandò sine (qvod vulgo sit mirabile dictu!) Sententiâ injungatur; hinc in flagranti crimine deprehenso innuente *Boss. Pr. Crim. Tit. de Denunciat. n. 10.* illinc in malitatis *l. 5. ff. Qvod met. caus.* ingravescentis præcisione, si tumultus aliter sedari non possit: *d. l. 16. f. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* & deinde respiratione datâ reparatæ Salutis, successu ad Imperatorem scribere liceat, qvoties seditionem antè augeri posse reo scelere diutiùs servatô prudens judex animadvertit, sontemq; punivit. *d. l. 6. §. 9. ff. de Injust. rupt.* Ne sit occasio supplicandi, aut ansa malis artibus evadendi criminosissimis pateat, *l. 18. ff. de Pœn.* aut majus periculum qvieti publicæ creandi. *cit. l. 6. §. 9. ff. de Injust. rupt. Testa.* Cujus boni exempli eximio istud privilegio fit, *Tacit. 1. Annal. c. 38.*

§. 27. *Sic Castrorum Præfectus seditiosos supplicio adficit, qvàmvis ad Legatum ea Jdictio, non ad illum pertineat. *l. 9. ff. de Custod. reor.* qvod

Tacit.

Tacit. cit. loc. à Mennio Castrorum Præfecto, qvi præsenti duorum militum supplicio seditiosas legiones represit, anteqvàm malum excitatum latiùs serperet, refert factum esse bono magis exemplo, qvàm concesso Jure: At nobis & impositum hoc, præceptumq; sit Jus, tot tantis in casibus à communi regulâ *C de his verò. dist. 50.* ubi & *infr. n. 29.* exceptis, qvalis est, qvi *in d.l. 9.* & alii alibi occurrunt, ubi ob moræ periculum à regulis Juris communis recedi, & præteriri solere ac debere Juris communis dispositionem, etiam prohibitivam tradunt DD. *ad L. de pupillo. §. si rivos. v. præterea. ff. de Nov. oper. nunciat. Gail. 1. obs. 13. n. 4.* Cur enim, ut ex Juliano Ulpianus ait; ad arma, ad rixam, procedere patiatur Prætor, qvos potest Jdictione suâ compescere? *l. æqvissimum. ff. de Usufr. l. 3.* ibi: *materiam seditionis. ff. de oper. publ.* * Qværi hâc occasione posset; qvinam sint isti casus, in qvibus sine causæ cognitione in Criminalibus à præcepto seu executione de Jur. Civil. inchoari qveat? Dispesceremus hoc aliqvantùm Ζήτημα nobile, nî loci importunitate & angustiis malè excluderemur; qvæ usq; adeò urgent, ut vix datum, hæc saltèm hîc fundamenta notâsse. Videsis *Schwanm. 1. obs. Camer. 134. n. 12. seqq. Frider. de Proceß. extrah. L. 2. c. 11. §. 4. p. 57. pr.* §. 28.

* Etiamsi aliàs regulariter super sententiâ Criminali sit consulendus Superior; *d. C de his verò. dist. 50. Intrigliol. de Feud. P. 1. q. 39. n. 147.* (à cujus & tùm Sententiæ Capitalis executione, ut hîc in puncto dilationis hoc moneam! per 30. dies supersedendum, *l. 20 C. de Pœn. c. cum apud. 11. q. 5. Giarch. in not. ad Clar. Pr. Cr. q. 96. n. 1. §. fin.* si præter consvetudinem severiùs jusserit in aliqvos vindicari. *Ant. Perez. in C. de Pœn. n. 27.*) Nisi aliud moribus sit qvibusdam locis inductum, uti apud Belgas, qvi merum Imperium & Jus gladii exercent, id ferè ex Decreto tantùm Senatorum, qvi Scabini vocantur, exerceant. *Zypæ. L. 3. c. 7. n. 10.* §. 29.

* Sed dùm Magistratus cognovit, statim Sententia ferri, *præalleg. l. 18. ff. de Pœn.* & executioni mandari debet; *l. cum reis. C. de Pœn. C. sicut. 2. q. 1. Zyp. L. 4. c. 29.* Hocq; ex hactenùs paulò ante commemoratis in pœnam & odium malorum: Sed consequenter subordinatoq; & in gratiam oppessulatorũ statutum, ut eos velox Pœna subducat, cùm claustris artati vix esse possint §. 30.

sinè miseriâ, horrore & squalore, propter vincula quæ cruciatum corpori infligunt; *l. 28. §. 14. l. 8. §. 9. f. de Pœn. l. 1. §. f. ff. de Aleat. l. 38. ff. de Injur.* Ne Carcer ipsis sit in Pœnam sed in Custodiam, juxt. *l. 1. ff. de Cust. Reor. Menoch. de Arbitr. Jud. L. 1. q. 97. n. 5.* quò etiam respiciunt verba der P. H. O. *art. 11.* Daß die Gefängnis zu Behaltung/und nicht zu schwerer gefährlicher Peinigung soll gemacht werden. *Hahn. in π. W. n. 4. ff. de Pœn.* quem & ibi differentiam Jur. Can. & Carolin. Ord. Criminalis; item moris recepti & Praxeos vide, *junct. Brandmyller. in Diff. Jur. Civ. & Canon. verb. Carcer.* Declaratâ tamen hâc superiori Conclusione: quòd convicti tempestivè sint leto dandi; ut ea locum sibi non vendicet, quando justa causa differendi eam executionem sub esset; cujus benè multa hîc possent exempla, & illi, quod paulò suprà *n. 29. in Parenthesi* cluit, simillima, adferri, & omnia illa, omnesq; illi casus, quos longâ serie retulit *Marsilius in Pr. Crim. §. opportunè. n. 1. seqq.* apud quem legere poterit, cui volupe est; Eos planè *tùm* brevitatis studio, & habitâ ratione loci; *Cùm*, ne hiatu facto dictorum B. Lectori sensum distraham, silentio involvi; sat esse ratus, locum indicâsse. Haut rarò etiam servantur damnati post condemnationem indictam, & differtur ictus feralis eum in finem, ut ex his in alium quæstio habeatur. *l. 29. C. de Pœn.* Ut & ex causâ ejus, qui in utero est, prægnantis mulieris consumendæ, damnatæ pœna differtur, quoad pariat; *l. 3. ff. de Pœn.* Cùm non debeat calamitas matris ei nocere, qui in utero est, *l. 5. §. pen. ff. eod.* nec innocens partus cum matre extingui atq; perire: Sed & post partum non illicò pœnæ executio fit, nisi exactis hodiè sex septimanis, nach gehaltenen Sechswochen. *Hahn. in π. W. n. 6. de Pœn.* In tantum Regibus ac Principibus Secularibus in investiturâ Regnorum, pro insigni Regalium, quæ ipsis tribuuntur, Ensis traditur in vindictam malorum. *Schneidew. in Epit. Feud. P. 4. n. 6.* Ut ita demùm malis hominibus Provincia purgetur, *l. 3. in fin. ff. de off. Præs.* ne ex impiorum conatibus civitates cum hominibus pariter disturbentur ac pereant. *Nov. 77. c. un. post pr.* sicut meminimus *supr. n. 4.*

§. 31. * Adeò hunc similemq; majoremq; in modum medios inter, de pœnalibus hominum noxiorum *l. 2. C. de Exact. tribut.* actibus,

bus, hinc Vindictæ atq; indignationis judicialis aculeos; *l. 5. ff. C. de offic. Rect. Provinc.* Illinc morticinios *l. 151. ubi ex not. Gothofr. ff. de Viâ publ.* qvæstionum eqvuleos. *l. 4. ubi Gothofred. C. ad L. Jul. Maj.* & parricidiales Culeos, *l. 9. ubi & Gothofr. ff. de Parricid. l. un. C. eod.*

In deducendum corio bovis in mare, cum quô
Clauditur adversis innoxia simia fatis.

Juvenal. Idem in Satyr. 8.

Cujus supplicio non debuit una pararî
Simia nec serpens unus, nec Culeus unus.

qvà Pœnas ad maleficia solvi, naturali & magnâ gentium ratione svadente; *l. 70. §. 5. ff. de Fidejuss. Treutl. V. 1. D. 2. Th. 2. B.* qvà Imperatore carcerem & gladium, *Rom. 13. v. 4.* Deo gehennam minitante; *C. Qvi. resistit. 11. q. 3.* Conclamantes in eum

Der Gottes- der Natur- und Land- und Völcker-Rechten
Aus Boßheit wiederstrebt; Der Vnrecht will verfechten/
Der übelthat verführt: Dem jetzt des Richters Hand
Das letzte Vrtheil schreibt; und dem ein ander Band
Den freyen Gang verwehrt: Dem schon der Stab zerbrochen/
Daß sein Verbrechen bald werd an ihm selbst gerochen:
Des Stand und Häupt nunmehr an einem Faden hangt/
Der schaut betrübt wann ihn das Vnheil jetzt erlangt!

Justitia vindicativa, *Clar. Dn. Hahn. in π. W. n. 11. de J. & J. Giurb. Integr. Tr. de eâdem*; tonitruat.

Membro Posteriore Propositum.

Period. I.

BREVIARIA.

1. *Transitur ad Gratias Pœnarum, qvæ (illæ Gratiæ) ex omni Subjecto in aqvitate Naturali & Civili consistunt.*
2. *Clementiâ Imperantes Jure utuntur.*
3. *Qvæ & favore Canonico stabilitur.*
4. *De modis liberationũ à Pœnâ plenior agitatio omittitur.*

Verum-

§. 1. VErumenimverò, si rem ipsam intuendo stadium dissertatiunculæ nostræ concitatiùs decurrendo graviori pede premamus, atq; metam deliqviis securitatis petentes manibus Persecutorum vindicibus effugere festinemus; haut difficiliori negotiô, qvô terrorem metumq; anteà incussimus victis, fugam ponte substrato juvare parum esset: Pacem denunciare, periculum aversioni demandare nostrum; atq; qvô induravimus vinculorum nodos nexusq;, injectâ nunc in collo stolâ innoxios statos, tricis eôdem modô solvere, & qvô colligavimus. *l. 93. ff. de R. I.* Jure videlicèt nihil prohibiti sumus, qvîn noxâ arrosos, qvô Legum causis Criminalibus prætenso rigore constrinximus, illarum & ope iis, qvi aliqvam partem sollicitudinis nostræ capessunt, ab interitu & Corruptione punitivâ haut postremam liberationem qvasi Regenerationem intemeratâ fide polliceri atq; præstare qveamus, ut ex semimortuis civiliter, ferè novi homines *l. Servus Legatus 27. in fin.* Ibi: *novus homo. ff. de Adim. Legat. l. qvi res. 98. §. 8. vers. Nec admissum. ff. de Solut. & Liberat.* Integri, liberi, ac vitâ, statuq; incolumes effecti mundo reddantur. *Arnis. de Rep. c. 3. Sect. 5. n. 26.* Qvid obstat, Magnus Imperator dicat: qvîn de nostro hoc faciamus culmine? Undè vulgò dici solet: Omne jus habet annexam gratiam: Auxilia *in l. 16. ff. de Minor.* auxilia æqvitatis impertienda, *l. 2. f. C. de inoff. don.* immunitates, *in l. 18. ff. de V. S.* Gratias, *l. 7. §. 7. ff. de Minor.* indulta, *l. 2. §. 2. ff. de his qvi not. infam. l. 51. C. de Episc. & Cler.* favores. *l. 57. C. eod. l. 19 f. ff. de Lib. & Posth. l. 29. C. de Pact.* Et de privatione ad habitum datur regressus, qvantum causarum & effectus Juris ratio patitur. *Prate. R. I. L. 4. T. 11. in Proœm.* ut, qvod ita sanatum est, ut in pristinum statum reduceretur, qvemadmodum, Unius ex omnibus E. C. Tantum ad Restitutionem Indulgentia valet, qvantum ad correptionem Sententia: utq; Bannitionis per se nomine, omnium rerum spoliatio continetur, ita Indulgentiæ, restitutionis vitæ, terræ patriæ, bonorum ac dignitatis, uno nomine, amissorum omnium recuperatio. *l. fin. §. fin. C. de Sent. pass. & Restit.* nunqvam morbosum fuisse intelligatur. *l. qvod ita. ff. de Ædil. Edict.* Et gratia alicui facta semper præsupponit legem, cui per gratiam derogetur. *Arnis. L. 2. de Rep. c. 2. n. 15.* privatio ut habitum.

bitum. *l. manumissiones, ff. de J. & J.* Institutò mirè inservit nostro decantata per omne Jus Civile *in l. un. C. de Rei uxor. act.* Canonesq; fusa dispersaq;, atq; ex ipso rationis naturalis (rectitudine judicii naturalem rationem seqvente *Reink. de R. S. & Eccles. L. 2. Cl. 2. c. 12. n. 38.*) sacrario *l. 1. §. 1. ff. Si is qui Testam. liber. Sfort. Odd. de in Integr. Rest. q. 80. n. 87.* qvîn fonte sacro depromta æqvitas, justitia illa naturalis, *l. scire oportet. 13. §. 7. seqq. ff. de Excus. Tut.* dulcore misericordiæ temperata, *Wilhelm. Anton. de Rescr. Morat. Tom. 9. concl. 63. n. 106.* Jus illud benignum, humanum, summa æqvitas *l. 31. pr.* totius rei æquitas *§. 1. d. l. 31. ff. de Excus. Tut.* Jus justo, seu Jure legitimo melius, *5. Eth. 14.* Jus illud qvod venit ex gratiâ, clementiâ, misericordiâ, *l. 11. ff. de Pœn.* Das milde/billiche Recht/ und Selbstmildigkeit. Constitutum extra ordinem *l. 16. ff. de Minor.* & ratione singulari. *l. 2. C. de Jur. Reip. l. 14. l. 16 ff. de LL.* Justitia illa naturalis inqvam denuò *l. 1. ff. de Pact. l. 13. §. 7.* cum voluntas amore veri boniq; incitata rem moderatissimè tractat, qvam Prætor semper ob oculos habere debet. *l. 4. in fin. ff. de Eo. qvod cert. loc.* * Hâc tanqvàm §. 2.
Regulâ Lesbiâ prævia subter præconceptas iterum legalium flammas promicantem pasim clementiæ qvoq; Imperatoriæ, *l. 23. §. 6. C. de Nupt.* Principalis *in l. 1. l. 2. l. 3. §. 6. ff. de his qvi ven. æt.* Clementissimarum sanctionum *d. l. 23. §. 1.* divinæ Indulgentiæ *d. §. 1. & §. 6.* Benignitatis. *l. benignius. ff. de LL.* & Imperialis benevolentiæ, *d. l. 23. pr.* qvâ de & *Boss. in Pr. Cr. plenum scripsit tit. de Rem. ex solâ Clement. Principis*, intermixtam licet conspicari facem; Majestaticæ illius Virtutis jubar siduq;, cujus vel solâ acclinatione in dejectos & vitâ obnoxios *l. 9. pr. C. de Præscr 30. annor.* Cives *Barclaj. in Argen.* Dei summi laudem, ejus si humanitatem respicias *l. fin. C. de Testam.* Imperatoriam sublimitatem *c. 6. X. de Major. &c.* imitari posse, animosè ipse de se statuit Lucis ille Imperialis Sol qvi unqvàm ortus, *Reink. de R. S. & Eccl. L. 2. cl. 1. c. 4. n. 1.* Justinianus *in d. l. 23. C. de Nupt.* adstruitq; *Joh. à Renesse:* ob imitationem divinæ clementiæ ex gratiâ peccatorem recipientis Divi Imperatorem cognomento gaudere *L. 3. ad C. LL. Hebr.* (qvandoqvidem nemo alius hoc facere potest, ut salvum Mundo faciat criminosum, qvàm qvi Maximi Dei

vices gerit. *c. un. de Schism. extr. comm.*) si gratiam in reo exerceat, atq; misericordem potiùs qvàm crudelem se præstet. Strata est via: Primùm in partes succedente & impellente, uti præmonitum, Jure Civili, *t. t. C. de Sent. pass. & Restit. l. 2. & fin. C. de General. abolit. l. 7. C. de Precib. Imp. off. l. 3 C. de Episc. Aud. l. 4. l. 5. §. 2. l. 3. ff. de Pœn. &c.* Cùm Jus nostrum sit ars æqvi & boni, *l. 1. §. 1. ff. de Just. & Jur.* & potissimum ex æqvitate æstimetur ex qvâ omnes Restitutiones originem trahunt, si scil. homines vel lapsi sint ex infirmitate & facilitate, vel alieno circumscripti dolo, persvasionéve dolosâ, qvæ plus qvàm violenta coactio; *l. 3. §. 2. ff. de Liber. Hom. exhib. & l. 1. §. persuadere. ff. de Serv. Corrupt.* Vel ut hîc per Statûs mutationem. *Richter. R. J. 97. n. 2. & 3.* Infinita qvotidiè exempla Voluntate illâ liberrimè agente, *Hornm. in Rep. Tom. 2. v. 342.* æternitate *l. 2. C. de Fabricens.* & Potentiâ magnâ constitui. Princeps enim in criminibus, qvibus nulla certa pœna, aut qvidem aliqva, sed aliqvantô severior, & legibus tantùm humanis sancita (E. g. vel in furti delicto & venationis ferarum interdicto) præprimis clementiam suam exerere potest & debet, qvod superiori tempore ex ore etiam *Dn. D. Leiseri N.* Præceptotis ac Promot. studiorum meorum honoratissimi *ad Tit. Inst. de Rer. Divis.* percepi, & expressit *Decher. D. de Jur. Aggr. Pos. 3. §. 2.* & omninò

§. 3. *Bach. ad Tr. v. 2. D. 20. §. 20. lit. A. in fin.* * Nec abnuente favore utpotè qvòd Principis hocce Beneficium Jure optimo nuncupari, & favorabile remedium latissimè interpretandum *l. ult. ff. de Constit.* dici meruit; Sit ea remissio pœnæ, (qvantum delicta attinet) qvæ à Principe solùm fieri solet, qvando ita suadeat Justitia, licet non cogat, vel æqvitas, si causa ipsum delictum minuens exposcat, licet rigor non præcipiat, de qvâ *in l. 1. §. 1. ff. de qv. est.* separata ab istâ, qvæ & ex officio Magistratûs de Jure miserabilibus impertienda: An illa, qvando nullus vel rigor jubeat, vel æqvitas mandet, sed ex solâ sui humanitate Princeps moveatur ad gratiam delicti faciendam, Magistrali signo, Aggratiatio, Begnädigung / *Bullæ. Orat. de Maj. Imp. p. 348.* dicta; *Odd. q. 91. n. 26.* qvæ non Magistratûs est, sed Majestatis. *l. 1. §. pen. ff. de postuland. C. ult. §. fin. 2. q. 3. c. 21. Dist. 50. c. 2. q. 8. c. 15. q. 1. C. non potest. 23. q. 4. C. Qvi clementiam. 22. Dist. 86. c. reos sanguinis. 23. q. 5.* qvô textu allegato *Lud. Romanus* jactat, se à Commissario Bononiensi liberâsse studiosum qvendam capitaliter incarceratum. *Sing. 688 n. 2.*

§. 4. * Ut alios nunc ordine, nisi paucos pro natâ hîc & illìc occasione insertos referre

ferre liberationum tàm ab Universali pœnalitate (sit venia verbo) qvàm hâc particulari, modos, donec de iis magis ad amussim agere complacuerit, supersedeam; nec qvamnám hic vel ille, & Cœpolla *in 2. Cautel.* pro condemnato Cautelam ponat; qvò scil. trahendus ad supplicium mox reus, procuret, qvod in hoc absimile ab eo, cujus *Plutarchus* meminit: Si Vestales fortè alicui ad supplicium rapto occurrerent, isq; ex eô mortis pœnâ eximeretur; qvòd Jusjurandum exigebatur à Virgine, fortuitum fuisse, & inconsultum, nec præmeditatum occursum. Cardinalem transire per viam, qvâ sit ducendus, ut obviam sibi factus impositô Capiti pileô se jubeat salvum liberumq; esse, transplantem! Arguit enim & hoc infrunitam illam Papalem qvasi Majestatem, dum pepercit Reis, qvibus sacer Codex imposuerat mortis pœnam; Cùm non non deceat nos ex indiscretæ defensionis ausu opinionem sanctæ Ecclesiæ inqvinare, *C. Hi qvi c. 14. q. 6.* nec patrocinia illorum, qvos leges seculi rejiciunt, suscipere debemus. *C. Conjunctiones. c. 35. q. 2.* Miror ergò qvî valeat ista causa apud Pontificios? Certè apud nos locum non invenit, qvippè qvi sciamus, generaliter Clericis & Monachis esse interdictum, ne addictos supplicio per vim aut usurpationem defendant. *l. addictos 6. C. de Episcop. Aud.* Si qvi ad rem faciant, horum unicum huncq; qvotidianum saltèm hîc collocem: qvòd longè lateq; in orbe Christiano Practicâ observatur, ut, si qvi extra propositum deliqvit, aut qvem simplicitas animi tuetur, à puellâ in matrimonium petatur, hæc reum mortis à pœnâ liberet, *Clar. Pr. Cr. §. fin. q. 98. n. 6.* Hôc tamen reqvisiti adminiculô: ut Magistratûs Superioris beneplacito ac dispositioni priùs cõmittatur. *Carpz. Pr. Crim. q. 149. n. 55.* Et vicissim, meretricem è lupanari extractam in uxorem ducere accensetur operibus charitatis, *c. 20. X. de Sponsal.* Damnatoq; capitis, qvidam indè concludunt pœnam esse in Foro Soli remittendam; Negat *Sutholt. in Diss. 19. Inst. Coroll. 3.* non attentâ illâ ridiculâ an impiâ ratione: tanqvàm gravius sit, talem uxorem alicui dari, qvàm furcâ gladióve puniri, *Bach. ad Tr. v. 2. D. 30. §. 3. G. Ant. Matth. de Crim. p. 907. n. 17.* Qvod, ut in altero pœnæ genere non nemo admitteret, cui alterutrius optio data infelix; qvòd autem ex implicatâ

hâc Matrimonii aggravatione istiusmodi siceat pœnæ commutandæ (nam eò respicitur in hâc sectâ) modum rationemq; exqvirere: id verò ego demum in DEUM Conjugii autorem summè injuriosum esse puto.

II.

BREVIARIA.

5. *Ex Causis saltèm Rationibusq; Potestate ordinariâ pœnæ remittuntur.*
6. *Qvibus contraria: nimius absolutæ Potestatis abusus & violentia, circumventio & error; qvibus Interinatio medetur; hæc qvid sit, ubi & qvando locum habeat?*
7. *Illarum qvædam adsiguntur, qvèis Princeps maximam partem occupetur.*
8. *Qvæ Principem, æqvè ac qvemlibet alium judicem moveant, &* n. 9. promiscuè.
9. *Intellectus* L. 27. §. 1. verb. Miseratio ætatis. ff. de Minor.
10. *Ex absolutâ etiam Potestate nonnunqvam fit in hæc jura impressio; qvalis hîc in auferendo pœnas tolerandâ?*
11. *Species qvædam* Regenerationis *ex ipsis LL. fundamentis ac sedibus erutæ adsignantur.*
12. *Frugi qvidam homines post Restitutionem apparent.*
13. *Considerantur, qvi Infames hodiè in militiâ recipiuntur.*
14. *Obiter mentio fit qvæ sedeat animo in Speciali propositarum materiarum sperandâ tractatione intentio.*

§. 5. DElicias cum temperamento tamen hasce, motivâ affectione & modô Princeps bonus *Boss. in Tit. de Princ. n. 8.* pro variatione circumstantiarum delicta purgantium *l. 52. §. 2. ff. ad L. Aqvil.* aliarumq; magnarum causarum *l. 10. ff. de Minor.* consideratione, (sinè qvâ veniam ex tempestate potiùs *Gail. 2. obs. 56. n. 9.* qvàm absolutâ Potestate tribuere vix competeret officio Boni Principis; Et si diversum qvid factum sit, non qvid factum sit, sed qvid fieri debuerit, videndum. *l. 12. ff. de offic. Præsid. Heig. 2. q. 24. n. 48.* ut in gyrum rationis Principis reducatur Potestas: ut aliqvoties monet *Hering. in Tr. de Molend. q. 8. 9. 10 seqq.*)

*Sin

*Sin autem ex errore celatæ veritatis Indulgentia facta, locus apetitur §. 6.
Interinationi, qvam vocant Pragmatici, approbationem, qvæ in causæ Cognitione versatur, an veniales literæ, ut debebant, sincerè & citra Sub- & Obreptionem fuerint impetratæ nec ne? Orta ea videtur *ex l. 7. C. de Prec. Imp. offer.* qvâ Rescripta contra Jus elicita, qvæq; alium lædant, Impp. *Theodosius & Valentinianus* jubent ab omnibus judicibus refutari; qvod nolunt cuiqvam Jus suum detrahere; adducit *Godofr. Grimmæ. Synt. Jur. Polit. D. 9. th. 58.* cujus potestate, qvam habent qvorundam territorium Domini, Magistratus majores, Senatus aut Parlamenta, suggerente *Boss. in Pr. Cr. de Remed. ex sol. Clem. Princ. n. 24. seqq. Clar. in Pr. Cr. S. F q. 59. n. 10.* Ideoq; illæ ab his sæpè eliduntur ac rejiciuntur, ubi impetrans in enarrandi facti specie nimiùm parcus non omnes commissi criminis qvalitates, qvibus præcognitis Princeps gratiam verisimiliter non concessisset, *Jas. in l. nec damnosa. 3. C. de Prec. Imp. Off.* in supplicibus expresserit. *Farin. Tr. Cr. L. 1. q. 6. n. 4.* Sintemahl die Gerechtigkeit solche Gnade nicht gelten lesset/ die man auff ein falsches Anbringen erlanget. ut jucundo illius utar idiomate, qvi non minùs verè qvàm peritè & suaviter loqvitur qvisqvis Auctor ille sit, der Liebes Beschr. Lysand. und Rahtst. *L. 8. p. m.* 260. protinùs *juxt. l. 2. & l. 5. C. Si contr. Jus vel ut. pub. Franzk. S. 6. n. 15. Inst. de I. N. G. & C. & C. Dilectus 16. f.* ubi dicitur: *Mendax precator carere debet impetratis. & c. 27. X. de Rescr.* Nihilô exindè Principali Autoritati derogatô; Cùm omnia ejus Rescripta intelligantur extracta, atq; emanare salvô Jure tertii. *l. 2. S. 10. & 16. ff. Ne qvid in loc. pub.* qvia Imperator ipse inqvit *l. 4.* ibi: *Ne in cujusqvam Injuriam beneficia tribuere moris est nostri. C. de Emancip. Liber.* Et, *patienter* (inqvit *Summ. Pontif. Alex. III. in C. Si qvando f.*) *sustinebimus; si non feceris, qvod pravâ nobis fuerit insinuatione suggestum X. de Rescript.* Vid. *Fritsch. de Regal. Rund. c. 8. n. 42. It: Sutor. de Non evocando. p. 28. & seqq.* ubi contraria egregiè refellit. Add. *Dn. Schröt. in Resol. l. 13. C. de Sent. Interloc. junct. l. 12. ff. ad SCt. Trebell.* Nam Jus tertii est exclusivum Intentionis agentis *Menoch. Rem. 3. Ret. poss. n.* 602. secund. *l. cum servum. C. de Serv. fug. l. ult. C. de R. V.* Nec obstat *text. in l. Disputare. C. de Crim. Sacril.* qvô de potestate Summi Principis instar sit Sacrilegii disputare: qvoniam qvando Jus tertii Rescripto Principis lædirur, & pars læsa Exceprionis Sub- & Obreptionis opponit, tunc non de Potestate, sed de voluntate & Scientiâ Principis disqviritur, qvod prohibitum non est, *text. sing. in l. ex facto ff. de Vulg. & pupill.* videlicèt, qvod Princeps non præsumatur velle, etsi possit, adjectâ clausulâ: Non obstante; de qvâ *in l f. C. Si contr. Jus vel util. pub* aliqvid statuere contra Jus, cùm tacitè subintelligatur in Rescriptis clausula illa: Qvatenus preces veritate nitantur. *text. in C. sedes. & d. C. si qvando. X. de Rescr.* & siqvidem aliqvid concesserit, hoc præsumatur per importunitatem partis concessisse. *C. fin. de Rescript. in 6to.* qvia nonnunqvam malè instruitur & informatur Princeps *l. 1. C. de pet. bon. sublat.* Qvomodo autem Imp. errare possit, qvi tamen omnia Jura in scrinio pectoris habere dicitur, *vulgar.* amœnè *Accurs. ad l. 3.*

ad l. 3. f. ff. de Sepell. leg. sermocinatur.

§. 7. nempè * Princeps, inductionum vel tergemino potissimùm ex Capite flectatur: 1. Ratione publicæ utilitatis, cujus causâ multa permittuntur contra communes Regulas Juris, *Surd. Decis. 255. n. 11.* qvæ aliàs non acceptarentur. *Felin. in C. qvæ in Ecclesiar. 10. X. de Constit. Gail. 2. obs. 56. n. 4.* Atq; ob ea qvæ Reip. proficua apparent *cùm positivè*, ut Revelatores proditionis contra se & Bonum publicum veniâ dignos judicet; *per l. qvisqvis §. f. C. ad L. Jul Maj. l. 1. ℣. accusatorib. C. de fals. Mon. l. 1. §, 26. ff. de qvæst. Avth. Novo Jure. C. de Pœn. Jud. qvi mal. jud. Heig. P. 2. q. 31. n. 24. seqq.* Priscis benefactoribus in Remp. meritorum recordationem necessitati suæ fructuosam retribuat. *vid. Bald. cons. 355. n. 5. L. 1.* qvem refert & seqvitur *Socin. Consil. 48. L. 3. Histor. Thuan. L. 56. fol. 635.* An & qvi multum prodesse possent artificio aliqvô insignes? vid. *Ant. Matth. de Crim. p. m. 902. n. 7. Gail. 2. observ. 110. n. 4. & de Pac. Pub. L. 2. c. 9. n. 22. seqq. Mynsi. 2. obs. 30. Carpz. Pr. Crim. q. 146. n. 65. l. ad bestias ff. de Pœnitùm privativè*, & in tali exemplo, cum multorum vertente periculo & strage aliqvid severitati detrahendum est; *C. ut constitueretur. Dist. 50. c. 5. caus. 8. q. 1. C. non potest*, & ibi *gloss 23. q. 4.* multitudini enim parcendum. *C. latores. 4. X. de Cler. excomm.* Sic Principes & Comites Imperii seditiosorum Rusticorum mactatis in monte propè Franckenhusam Thuringiæ, qvem ex cruentâ illâ clade, den Schlachtberg vocant, tumultûs auctoribus, reliqvos dimiserunt, eosq; in pristinum statum reposuerunt, *Schleid. de stat. Rel. & Reip. sub. Car. V. L. 5.* Welche durch Käyser- und Königl. Majestät auff dem Reichstag zu Augspurg 1525. und 1526. wiederumb in vorigen Stand Ihrer Ehren gesetzet/qvalificiret/und geschickt gemacht/Rath und Gericht zu besitzen/Kundschafft und Zeugnis zu geben/und ämpter zu tragen. De qvo videte obberührte beyder Reichs Tage Abschiede. II. Ex humanitatis & misericordiæ momento erga naturæ infortunio, immaturitate, perversitate afflictos, *Clem. 5. t. 4. de Homicid.* his verbis copulatos: *Si furiosus, aut infans aut dormiens hominem mutilet, vel occidat, nullam ex hoc &c.* Qvâ autem conniventiæ aurâ ea sit imbecillitas mactanda, qvando qvis furore libidinis aliqvid illiciti commisit,

sit, cum videatur feciſſe nonnullis qvaſi furioſus, & demens *clar. Pr. Cr. §. f. q. 60 n. 7. Menoch. arb. Jud. Caſ. 328. n. 1. ſeqq.* &, qvemadmodum furor delinqventem, ita & amor ac libido, qvæ furori æqviparetur, *C. cum in Juventute X. de Præſumt. & C. illud 9. Nob. Qbib. mod. effic. legit.* excuſare; ut ille dignâ voce (qvâ ex Tyranni ore de humanitate manavit) apud *Valer. Max. L. 5. c. 1.* reſpondit: Si amantes odio proſeqvimur, qvid faciamus iis, qvibus in odio ſumus? Iudô hîc ſit à me magis riſuq; exceptum, qvàm Jure tractatum! Qvàm enim abſurdum hoc: *Mitigetur mihi pœna, qboniam libidinis æſtro vitus, alienam matremfamiliàs pollui? Ant. Matth. p. 877.* III. Privilegio Honeſtatis condonet; V. C. ubi Virgo pro defendâ pudicitiâ & Virginitate, qvæ non magis qvàm ipſa reſtitui vita poteſt, ut *Hieronymus* ait *Epiſt. ad Euſtach.* facit apprimè *l. un.* ibi: *maximè cùm Virginitas vel Caſtitas reſtitui non poſſit. C. de Rapt. Virg.* violentum ſectatorem interemerit, cujus causâ Romanis Il. occidere permiſſum. *l. 1. §. 4. ff. de Sicar. Grake Tr. de Aut. privat.* aut ex miſericordiæ impetu, qvô impellimur ad opitulandum qviritantibus, *Anth. Matth. p. m. 877. n. 9.* & tenetur unusqvisq; oppreſſum defendere Jure Canonico, *Tr. V. 2. D. 32. §. 6. I.* & Civili, qvi viderint eam periclitantem cognati *l. 1. §. pen. ff. de Pœn. l. 1. §. pen. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. item: f. ff. Qvod met. cauſ. vid. Tr. d. loc. & controvertentes ab eod. alleg.* Honoris enim & pudicitiæ amiſſio ingens detrimentum & ejus juſtus metus eſt *l. 8. §. 2. ff. Qvi met. cauſ.* vel cui Jus eſt, adulterum in ipsâ turpitudine, raptorem in flagranti rapinâ, effrenem ſtupratorem in fervore libidinis, deprehenſos vitâ prividi. *l. Patri. 20. cum ſeqq. ff. ad L. Jul. de Adult. l. un. verſ. ne igitur C. de Raptor. Virg.* IV. Mores deprecari delictum patiatur, & commendabile cætera Ingenium, vitâ antè benè actâ ſemel in Reatum delapſi, cùm vix dolus præſumatur. *text. elegant. in l. non omnes. 5. pr. & §. à barbaris 6. ff. de re milit.* Cùmq; ad antæ vitæ circumſtantias æſtimanda, metiendaq; facta dictaq; hominum. *l 3. §. 12. ff. de re milit.* Neq; enim poteſt qvisqvam noſtrûm ſubitò totus refingi neq; cujusq; repentè vita mutari, aut natura converti; *nemo repentè fit ſummus, nemo repentè turpiſſimus*, optimè ſentit *Cic. pro Pub. Syll.* Plura habentur alibi apud alios: * Vel ipſa legis ſeveritas molliri, *l. ult. C. ad SCt. Vell.* §. 8. ſuumvé acrorem mitigari amet; *l. 22. C. de SS. Eccleſ.* Seu juſta alia

cauſa

§. 9. causa pietatis intuitu *d. l. 22.* aut miseratio ætatis; * Ætatis, inqvam, cum mysterio *l. 37. §. 1. ff. de Minor.* Non autem: Miseratio ejus &c. vel miseratio delinqventis vel delicti; i. e. qvòd sit tale delictum, de qvo culpari potiùs debeat ætas, qvàm voluntas delinqventis, *Sfort. Odd. Tr. de in int. Rest. q. 80. n. 89. f.* Unde distingvi communiter solet inter delictum minoris doloſum, ut contra hoc, seu in omittendo, seu in committendo rotetur, ille non restituatur, *l. 9. §. 2. ff. de Minor. & l. 32. eod.* & sub distingvi inter ea, qvæ naturâ suâ delicta sunt, & qvæ L. Civili pro delictis habentur; in his succurri omnes statuunt, *Odd. q. 82. art. 1.* In atrocioribus autem & naturaliter illicitis ei non subveniri certum est. Qvid enim si furtum fecerit, damnum Injuriâ dederit, homicidium datâ operâ & ex protervia patraverit, adulterium stuprumvé cum Violentiâ rupturâq; patientis (ex qvali Inclutum JCtorum Nostratium Collegium præteritis septimanis Opilionis cujusdam filio 18. annis minori vitam abjudicavit, Dominis Anatomicisq; hîc loci per consequentiam procuravit negotium;) commiserit, nulla deprecatio pœnæ est, similiterq; circa rem depositam, commodatam aliumvé contractum fraude qvid confecerit, ope destituitur, *l. 9. §. 1. ff. de Minor.* Item si non redemerit Patrem ab hostibus, minorq;, ut tantæ sit perfidiæ capax, 18. annum excesserit. *Auth. Si Captivi. Code Episcop. & Cler. Nov. 11. c. 3. paragr. 13.* Ratio est, qvia supplet hîc malitia ætatem, ideoq; pro majore habetur, cui non solet restitutio in hisce decerni: *l. 1. & 3. ff. de Minor.* & culposum, ex qvô detur restitutio illi, *l. 2. C. Si adversf. delict. d. l. 9. §. pen. l. 1. C. in qvibus Caus. in Integr.* Etiam ubi dolus & lata culpa comparantur, si probetur exceptio in personâ minoris. Ratio est, qvia lata culpa dolo coæqvata dolus est, non verus, sed præsumtus: *l. qvod Nerva ff. depos. & l. magna. ff. de V. S.* adversus dolum autem præsumtum minor restituitur. *l. si ex caus. §. si in commiss. & l. minor etiam. ff. de Minor.* Si tamen dolus ille præsumtus sit de præterito, secus si in futurum, *l. auxilium. paragr. 1. ff. de Minor.* idq; ut præscindatur occasio delinqvendi. *l. convenire ff. de Pact. dot.* qvâ ratione constitutum qvoq; legimus: *dolum de præterito, non item de futuro remitti posse. l. si unus paragr. illud. ff. de Pact.* Nimirùm ergò, qvòd, sicut mensura debet esse proportionata mensurato, ita lex qvalitati & conditioni hominum; ut rectè dicunt Philosophi: Omne agens debere intra Sphæram activitatis habere patiens, ut in illud agat. Legum autem Cynosurâ omnes actus, negatâ intellectûs & Consilii normâ, dehinc & consensûs formâ in effectu Juris planè dimidiati, atq; ex hôc ratione fictæ absentiæ ex mentis peregrinitate vel plenariâ abalienatione in totum viventi *l. 1. in fin. ff. de Aucti. & Consuet.* (qvia non intelligens, etiamsi præsens sit, censetur absens *l. 14. eod. Brederod. in Repert. Jur. Civ. verb. Præsens*) hâc dimensione, syncope qvasi totius numeralis laborante, *arg. l. 2. §. 6.*

§. 6. f. ff. pro Emt. excidunt; Nam error & ignorantia ſemper ex ætate minoris præſumpta, l. 3. §. 2. ff. ad SCt. Mac. qvi familiarisſimi ſuperiorum defectuum, & decumani hoſpites passivi, ſui naturâ actionis integritatem impediunt, & obligationis hînc provolutæ vim & naturam temperant, l. 15. f. ff. de Jdict. &c. itaq; puniuntur mitiùs, qui minùs cognoſcere potuerunt veritatem, & verum bonum & malum, qvàm qvi magis, adſeverante D. Thom. in propoſito in L. 2. q. 96. art. 2. Verſ. Reſpondeo. Judicem vid. Zyp. L. 1. c. 20. n. 4. ad mediocritatem afflictionis invitet. l. 37. §. 1. ff. de Minor. Odd. d. q. 80. n. 110. Ex causâ enim ſufficienti & probabili, ac intrinſecâ pro ratione ac modo ipſius delicti, ut & pro qvalitate & conditione perſonæ delinqventis, ſi ea delictum minuat, vel pœna ex ll. variari poſſit, pœnam temperari ac mitigari poſſe concludit, ex l. 38. §. 9. l. 11. paragr. 11. ff. de Pœn. d. l. 37. l. 1. paragr. ult. ff. ad L. Cornel. de falſ. Carpz. in Pr. Crim. P. 3. q. 150. n. 69. ſeqq. Imò non tantùm poſſe, ſi loqvimur in perſonâ judicis, mitigationem ſuſcipi dicerem, ſed ad neceſsitatem mitigandi inferrem: qvòd, ſiqvidem Judex pœnam mitigare poteſt, parum abfuerit, qvîn illud facere teneatur: qvia proximè mentionem fecimus, uti & Membr. 1. §. 23. f. Magiſtratûs non ſupremi, ſed (judicis) inferioris, Imperium merum habentis, qvi arbitrium liberum pœnas irrogandi non habet, nam non eſt legis auctoritas in poteſtate judicis, ſicut facti poteſtas, l. 14. ff. ad Municip. nec aut ſeveritatis aut clementiæ gloriam ita licenter adfectare habet. Perez. in C. n. 2. Si adverſ. delict. Dùm ne Jus qvidem abrogare qvicqvam poteſt Prætor, qvi hodiernis moribus omnis Magiſtratus, qvà Jdictioni præeſt, & Jus dicit vocari poteſt. Perez. in C. de Offic. Præt. n. 3. & 4. in fin. Vel neceſsitas, qvâ qvis procul ab officio egerit, l. 4. C. de Cuſtod. reor. l. 1. C. de Op. Lib. Veluti ſi famis causâ oves, vaccas, ſues; aut ex nuditate corporis veſtimenta furatus fuerit. per text. in c. 3. X. de Furt. ſive ut ſuo Credito vel ſalario ſatisfaceret, ſi aliàs id conſeqvi non poſſet. Menoch. caſ. 416. poſt 32. Jur. Interpp. Boß. Pr. Cr. Tit. de Denunciat. n. 10. Franzk. §. 9. n. 10. Inſt. de Publ. jud. vid. Bachov. ad Tr. v. 2. D. 30. §. 1. D. E. Item ſi poteſtas facta à lege: ut, ſi homicida excipit, qvòd is ipſe, qvi occiſus fuerit bannitus, vel rebellis, vel aliâ viâ rationevé internecioni aptus. Boß. Præfat. loc. Etiam iniqvitas Sententiæ, qvæ utut à judice ob rei judicatæ: qvæ pro veritate habetur, cùm Magiſtratus Jus dicat, etiam cûm iniqvè decernit: l. pen. ff. de Juſt. & Jur. auctoritatem retractari non posſit, etiam in criminalibus; & damnatus etiam innocenter, ſcilicet in hypotheſi contra Jus, ſeu contra Jus partis injuſtè latâ Sententiâ Jure rebus ac perſonæ malè accommodato; ſecus ſi in Theſi contra Jus, ſeu

contra Jus Conſtitutionis, ut DD. loqvuntur, Judex pronunciavit, qvod collatis exemplis per II. egregiè illuſtrat *Bachov. in Tr. V. 2. D. 22. theſ. 5. A.* nam tùm condemnatoria ipſo jure nulla, atq; evanida eſt, nec indiget Reſtitutione, aut appellatione. *l. 27. C. de Appell. l. 12. l. 19. ff. eod. tot. tit. C. Qvand. prov. non eſt neceſſ.* in legitimis non deſinat perſeverare pœnis; Tamen ſolus Princeps regulariter ſolet reſtituere innocentèr damnatum de Sententiâ & pœnâ corporis afflictivâ *l. 1. §. ult. ff. de qvæſt. l. Divi fratres. ff. de Pœn.* & honoris privativâ; *Panorm. C. Conſangvinei. n. 12.* ut ne retrò qvidem inter infames & damnatos fuiſſe cenſeatur; *Ant. Matth. de Crim. p. m. 867. n. 7.* non citra viam Juſtitiæ, qvia iniqvum eſſet, hominem innocentem judicii atrocitate perire. Poſtmodùm qvidem etiam Senatus Jure Regalium *l. 1. §. 10. ff. de Poſtul. Bach. ad Tr. V. 1. D. 8. §. 2. E.* Et Cameræ Imperialis Judex officio ſuæ Jdictionis, Cammergerichts Ord. *P. 1. t. 52. §.* und über das. *Tr. d. loc.* Prætor autem tùm demum, qvando ipſi licet ex officio ſuæ Jdictionis adverſus rem (vel ex Jure Statuti *Heig. in qq. P. 2.*) judicatam reſtituere damnatum ex causâ famosâ, ut de integro negotium cognoſcatur. *d. §. 10. & Bach. cit. loc.* Aut aliàs placeat Imperatori Virtute animum à pœnâ aut Vindictâ ad lenitatem cum judiciô inclinante; *Lipſ.* Cum judicio, inqvam; nudus enim animi motus & inclinatio ad cauſam haut ſuffecerit, *Ant. Matth. p. 936. n. 3.* Cùm & Princeps rationis & æqvitatis ligetur vinculô, *l. digna Vox, ubi Bald. C. de LL.* ut juſtitiæ & æqvitatis potiùs, qvàm ſtricti Juris tramite incedatur. *l. placuit. C. de judic.* §. 10. * Vel etiam qvaqvà viſum benigno Numini, *l. 12. C. de acqvir. & ret. poſſ.* Cœleſti oraculo, *l. 10. C. de SS. Eccl. Calvin. Medull. Lex. p. 224.* Auguſtali Majeſtati, *l. f. C. ſi maj. fact.* æternitati: *l. 2. C. de Fabricenſ.* lapſus humanos præſenti medelâ reſtaurare, *Nov. 74. c. 1. f.* & competenti moderamine ſublevare, *l. 23. C. de Nupt. l. 3. f. C. de Apoſtat.* Summotis planè legum civilium repagulis ſecundum plenitudinem Poteſtatis; *C. præpoſuit. X. de Conceſſ. præbend.* & tanquam lex viva & animata *l. 19. C. de Teſtam.* à Deo miſſa hominibus, *Nov. 105. §. f. Natt. Conſil. 624. n. 2.* & Deus in terris: *l. jubemus C. de SS. Eccleſ.* contra Jura communia ſpeciali qvodam indultu privilegiando. *Clem. 1. de Teſt. l. 2. C. de Off. Præf. Præt.* §. 11. * Et ergò: Hos in libertatem producit ex priore ſervitute *Nov. 89. pr.* illos ex naturalibus

libus natalibus & illegitimis *l. 4. pr. C. de Inceſt.* ad legitimos elevat. *l. 57. §. f. ff. de Rit. Nupt. d. Nov. 89. pr. & c. 1. & ult. in fin. l. 1. l. 3. & t. tit. de Nat. Reſt. l. 1. C. de Natur. liber. C. Venerabilem. X. Qvi filij ſint legit.* Alium exiſtimationi priſtinæ *l. 10. ff. de his qvi not. infam.* famæ ac honori. *l. 1. §. 10. f. ff. de poſtul.* ut inculpabilis inter bonos cives recipiatur, *l. 1. §. 9. v. cum qvi ff. de poſtul.* ejusq; Teſtamentum valeat ac reconvaleſcat, atq; illius, qvi ab hoſtibus reverſus eſt. *l. 6. §. 12. de Injuſt. rupt. Teſt. Bachov. ad Tr. V. 2. D. 10. §. 7. lit. D. Sfort. Odd. de in Integr. Reſt. q. 95. Art. 2. per tot.* Alium ordini ac dignitati reſtituit. *l. 1. f. l. f. pr. C. de Sent. paſſ. l. 2. §. 1. ff. de Decur. l. 23. ubi Gothofr. C. de Nupt.* Plurimos è Carceris ſqvalore *arg. l. 1. §. 1. ff. de qvæſt. Odd. q. 92. n. 5.* damnationis miſeriâ, exilio, ipſoq; à limine mortis revocatos, liberatione, famâ, vitâ, civitate ac dignitate, ipsâ vel fortunarum *l. 21. ff. de V. S.* additâ accumulatione donat, *dd. textt. & t. t. C. de Sent. paſſ.* omnibusq; cæteris beat & liberaliter inſtruit; *l. 4. f. ff. de Pœn. Zyp. L. 4. c. 29.* & cuncta iſta capitis pericula, qveis ſanguinarium tribunal reſudat, propitiæ fortunæ interventu diſpellit; *Valer. L. 6. c. 1. §. 3.* Summâq;, infimâ perditione miſeros, moribus mutatis, in felicitate componit. *Cicer. in Or. pro Cæl.* * Ut vel Adoleſcentiâ turpes & omni judicio ac §. 12.
qvorumlibet criminum damnati poſtmodùm tamen viri laudabiles exiſtant, *Odd. q. 8. n. 83. pr.* & ab errore converſi majora adhuc opera feciſſe juſtitiæ, qvàm anteà flagitia admiſiſſe veniant ſpectandi. *Odd. di. loc.* Ne infrugifera LL. ſint auxilia in illis, de qvibus ſpes nata ipſis atq; fiducia præſumtioq; melioris frugis concepta & hauſta. *Conſtit. Carolin. art. 158.* ibi: Da Beſſerung zuverhoffen. Qvæ cùm ita ſint, qvot ergò viri virtuoſi, qvi in adoleſcentiâ vitioſi extremè fuerant, evaſiſſent tales, cùm multi extiterint, & usquedúm durent fortaſsè, ſi omnes delictorum adoleſcentiæ pœna rapuiſſet conſumſiſſetq;? *Odd. d. loc. q. 80. n. 85.* * Et qvi aliàs, ſervi, & publico judicio §. 13.
damnati *l. 4. & l. 16. ff. de re milit.* & ob notam aliam multis, gravisſimisq; judiciis, ignominiisq; coneiſi, *Cicer. 12. Philipp.* omni militiâ arcentur; *t. t. ff. de his qvi not. infam. l. 1. C. de Dignit. & l. ult. C. Qvi milit. non poſſ.* Etiam à cœtu honeſtorum

segregantur *l. 2. C. de Dignit.* qvîn & eo loco ejiciuntur ubi Princeps resîdet *l. 2. §. 4. ff. de his qvi not.* undè magis fòrs prohibiti ejus aulam ingredi; *l. 3. C. de re milit.* Cùm & solùm criminis delati *l. 7. ff. de Muner. & honor.* postulati vel inqvisiti Rei, donec se objectô purgaverint, ab omni honore repellantur, *l. 11. C. de reis postul.* ac qvi flagellis cœsi sunt, *l. 12. ff. de Decur.* dignitate. *l. 2. C. de Dignit. l. 11. ff. de Mun. & honor. c. 87. de R. I. in 6.* An autem & Spurii, ita ut nec Doctoris titulo insigniri, nec à Consiliis esse Principi possint? R. Doctoris titulo insigniri non posse vult *Viv. Decis. 162. n. 10. Lib. 1.* Num Principis hic qveat Consiliarius esse, decidit *Limn. de J. Publ. L. 8. c. 8. n. 80.* Qvis enim colat, aut qvô vultu proseqvatur à Jure notatum? qvi suâ turpitudine dignitatis splendorem obfuscavit? Unde repugnat infamem esse & in dignitate constitutũ, ut *Perez. in C. de Dign. n. 31.* videre est. Et à postulando rejiciuntur, qvia Advocatorum nobile est officium. *l. 6. f. l. 7. C. de postul. l. 14. C. de Advocat.* Qvîn & honorem qvæsitum infamia adimit. *l. 8. C. de Decur. l. 12. C de Dignit.* & nobilitate privat. *l. 2.* ibi: *nobilis personæ decore privetur. C. de Sec. Nupt. l. pen. f. pr. C. de Dignit. l. 8. C. ad L. Jul. de vi publ. l. 1. f. C. ubi Senat. vel Clariss.* Honore autem semel amisso, difficilis aut planè anfractuosus ad illum datur regressus. Dum enim comminuta jacet existimatio, qvando qvis exauctoratus militiâ ab officio removetur; *l. 3. C. Ex. qb. caus. Infam.* vix illud repetere, rarò aliud petere potest. *Plat. in l. 12. C. de Susceptor.* Eoq; pertinet *l. 2. C. de Palat. sacrar. larg.* ibi: *nullus &c. officialis &c. semel deprehensus eversor, qbocunq; pacto aut repetat militiam suam aut aliam.* Et generatim qvivis officium publicum habens, si in eo deliqvisse convincatur & condemnatus fuerit, non poterit id rursùs officium gerere, etiamsi proferat Principis Rescriptum, qvia obreptitiâ Supplicatione impetratum censetur. *d. l. 12.* Collimat huc *l. 2. C. de Diverse. offic.* sic incip. *Nullus ex his qbos claruerit militiâ resolutos, indebita denuò Sacramenta sinè Augustis affatibus suscipiat.* Ex qvâ *l. 2. Sichard. in C. L. 6. T. 8. n. fin.* concludit: Doctorem degradatum nonnisi per Imperatorem restitui posse. Nihilominus tamen, qvorumqvorum criminum servi & convicti invincti hodiè multos armatæ militiæ, ut meliori togatæ scil. parcam; Cùm planè & infamiã tacitè remittere Princeps videatur, si famosum sciens ad officium promoveat, cujus capax non est, nisi cui honor illibatus; maximè si munus id perpetuum faciat. *Hillig. L. 18. c. 8. in fin.* Adeò ut contra infamem ex certâ Scientiâ à Principe datum ne qvidem excipi

cipi posſit. *arg. l. 57. ff. de Re jud. Gail. 2. obſ. 1. n. 9.* Neq; infamiâ juris notatum poſſe ut indignum removeri ab officio; cui adjuncta eſt dignitas: per eos ipſos, qvi ejus admisſioni vel electioni interfuerunt, & conſenſerunt, cùm initiô contradicere debuerint, dicit JCtus in *l. 13. §. ult. ff. de Decur.* Unde eſt, qvòd multa plerumq; tacito conſenſu aut conniventiâ tolerentur facta, qvæ contradictorio judicio ab initio non permitterentur; multaq; in conſeqventiam permittantur, qvæ principaliter conceſſa non ſunt. *l. 1. ff. de Aut. tut. l. 5. ff. de Condit. & demonſtr. l. 3. C. de judic.* Qvapropter ſi eligentes ignoraverint perſonæ vilitatem, aut non tantam eſſe exiſtimaverint, ut dedecori futura eſſet officio, videtur poſſe adſumtus in eo perſeverare. Namq; *turpius ejicitur, qvàm non admittitur hoſpes*, eſtq; major nota ab obtento honore removere, qvàm nec dùm obtentũ denegare. Faciliùs enim Jus qvæſitum conſervatur, qvàm de novo acqviritur. Infamia etiam facti licèt impediat, non tamen removet à dignitate jam obtentâ, ut probatur *ex C. Superbis. X. de Accuſ. Lopez. ad ll. Regn. Hiſp. P. 7. L. 7. t. 6.* Prætereà Neceſsitas ex inopiâ virorum honeſtorum in Subſidium viles ad honores *l. 12. §. ff. de Decur.* Spurios ad dignitates *l. 3. §. Spurios. eod.* infames, ne in perniciem Reip. veritas occultetur, ad teſtimonium, idoneis deficientibus facit admitti. numeros fortè faciunt. Cujus rei nihil attinet hîc rationem examinare: Sive ſit, ut *Zyp.* autumat, collapſæ diſciplinæ *L. 4. c. 38. n. 16.* Sive probabilius: ex causâ qvippè honeſtatis publicæ, qvemadmodum Venetiis, cùm eâ in urbe antehàc meretrices pasſim qvibusvis in locis & vicis honeſtis viſerentur, hoc cum turpe admodum aliqvando viſum eſſet, actum de eis fuit uno tantùm in loco collocandis: cujus Privilegio & è viciniâ meretrix ejici poteſt. *Bened. Ægid. Tr. de Privil. Honeſtat. art. 9. n. 6.* Mediolani etiamſi domum propriam habitaret. *Stat. ejusd. L. 4. c. ult.* ne in matronarum cœtum ingeratur, perinde ac Voluptas in Virtutum conſilium. *Cic. 2. de fin.* qvod *Perezius* putat, è Rep. eſſe, ſi immodeſti illi & impuri homines, peſſimiſq; exemplis famoſi ad militiam impellantur, ne cætera domi juventus furum horum & veſanorum *l. 1. §. 1. C. de Summ. Trin.* hominum conſortiô inutilis & vitioſa reddatur, ſicq; Sentina improborum è navi Reip. exhauriatur; in *C. de Re milit. n. 5.* an neutrum? & qvæ alii alia rerumq; præſentium ſtatus fovent, rectené an perperam? lite Politicorum ſit diſcutere. Nobis facit, ſi qvi reatu eò exemti; qvòd in Subſidium uti dictum, idoneiorum, *l. 3. §. 2. ff. de Decur.* vid. *Arniſæ. L. 2. de Rep. c. 2. Sect. 13. n. 35.* caſtris attracti, & qvâ tales Strenuorum Dominorum nomen, pompoſum titulumq;

commerendo (qvod in re severâ absq; convivio digni aut delicati sermonis illatione dico, verba sunt Ciceroniana *1. offic. n. 106.*) culpam priorem expient: nec idem ipsum tàm urgenter utramq; paginam; tanqvam qvòd ex facti opere haud rarò suffecti, undè & suspecti sint; ut taceam, qvòd nonnulli, hodiè ut olim, qvi aut militiæ cingulo detinentur, aut in actu sunt publico, cùm peccant fædè, hâc soleant à sceleribus suis primâ se voce excusare, qvòd militant. *Rævard. L. 3. Conject. c. 3.* qvàm qvòd Principe id auctore sic usurpatur, ut ad dignitatem perventitent. *Godofr. ad l. 23. g. C. de Nupt.* Cùm probandi Jus, recipiendiq; milites soli Principi Summo, & qvibus hic indulserit, competat. *l. pen. C. de Re milit.* & neminem sine probatoriâ ejus vel conniventiâ, Ducibus vel Commissariis eqvitum vel peditum in ordine sociari concessum. *l. 1. C. Qvi milit. poss. verb. Offerte vos his, &c.*

§. 14. *An autem qvi ad militam talis farinæ Viri admittuntur, ex eo labe qvid suâ purificentur, qvô modô adscriptitius, si in militiâ togatâ armatâvé ad dignitatem evehatur, eo ipsô manumissus censetur. *Hahn. ad tit. W. de Natal. restit. arg. l. 6. & 8. C. Qvi milit. poss. l. 34. ff. de Oper. Libert. l. 3. C. de Præpos. sacr. Cubic. Nov. 123. c. 17.* Et in Ecclesiasticis Beneficialibus, servus, si sciente & non contradicente Domino in Clero fuerit ordinatus, ex hoc ipsô qvòd constitutus est, liber & ingenuus evadit; *C. Si Servus 20. Dist. 54.* Qvod desumtum est *ex Abth. Si Servus C. de Episc. & Cler. & d. Nov. 123. c. 17.* præsertim si dignitas accesserit vel per militiam per plures annos obitam, ut E. g. à Principe Nobilis feudi obtenti beneficio, qvemadmodum olim soli milites, qvia Provinciã defendebant, maximè feuda possidebant, qvorũ Feudorũ ſr Feuda Jure Rom. nota sunt, meminerunt JCti *in l. 15. ff. de R. V. l. 11. ff. de Evict. l. in agris. ff. de Acqvir. rer. Dom.* qvatenùs suum nobilitant possessorem, nobilemq; faciunt. *L. 2. Feud. C. 10. ibi Alvar. in fin. Qvis dicatur Dux.* nobiles possessionibus effecti sint: Cùm magna salaria & remunerationes sint dignitatis lumen & Splendor gloriæ, cui omnis ignominia cedit, veluti eâ, ex qvô primus acqvirens, tùm & posteri ejus cohonestentur: *arg. l. 1. C. de Præpos. Tab Menoch. Arb. qq. c. 514. n. 17.* aliô tempore in ipsô fortè principali conceptu expeditum reddere liqvidiùs, in animum revocaverimus; hocq; præ alterô proximè anterioris §. ferè commodiùs atq; magis necessariè, tùm, cùm videlicèt ipsum materiarum indigitatarum pressiùs pauliſpèr & speciatâ filum diligentiâ, torsu acriori, acutioriq; fusu laxabimus; qvia in earum

inda-

indagatione non tàm Cauſam, hujusq; qvæ, qvantáve circa illarum ἐνέργημα & facultatem Efficientis ſeu Autoris, ſummi hujus boni malivé (ut ita loqvar!) ſit potentia, aut qvodnám Jus conſtituendi; i. e. qvousq; Imperatori ſit ordinariâ vel abſolutâ Poteſtate procedendum propter Jus vitæ ac necis, ac ubi ad utriusq; (Lucis *t. 28. pr. ibi: Capitis amputatio. l. ſeq. verb. animadverti. l. 11. ff. de Pœn. Nov. 128. c. 20. verb. Noviſſimum Supplicium. l. 8. §. 1. verb. Vita adimitur. ff. de Pœn. §. 3. verb. animæ amiſſionem. Inſt. de Publ. jud.* ac Civitatis *§. 1. Inſt. Qvib. mod. Patr. pot. Franzk. §. 2. n. 2. Inſt. de Publ. jud.*) ubi annotandum, qvod vocabulum Civitatis in noſtro inſtituto non pro muris & ædificiis tantùm, ſed qvàm maximè pro juribus etiam civitatis, æſtimatione qvâ *infr. n. 21.* Societatisq; Civilis oportet accipi *Calvin. in Lex. verb. Civitatis.* uſuræ, vel capturæ & rupturæ, limina ei ſubſiſtendum? Cùm in Regali ſolio reſideat vitæ necisq; omnium civium Dominus, *Curt. L. 4 c. 1.* qvod apud Turcas ſimilesq; gentes pro arbitrio Magno Domino i. e. eximius Tyrannus, exercet; *Zyp. de jud. L. 4. c. 27. pr.* vid. *Ant. Matth. de Crim. p. m. 536. n. 6.* ubi diſtinctionẽ his Juribꝰ infert inter Regẽ & Dominũ; aut an potuerit populus Romanꝰ Barbarium, ſi ſciviſſet eſſe ſervum *l. 3. ff. de Off. Præt.* eum liberum facere, Prætură donare, habilemq; reddere ad omnia munia civilia, ita ut nihil eorũ qvæ ab eo dicta decretavé fuerint, licuerit reprobare, ne qvi apud eum egerant, absq; culpâ ſuis mulctarentur cauſis, & lites Sententiâ ejus ſopitæ reſuſcitarentur. *Perez. in C. L. 10. t. 32. n. 5.* Cùm & aliàs iſtiusmodi indulgentia in cauſam potiùs, qvàm in perſonam videatur eſſe concepta, nec niſi per conſeqvens aut obliqvè, & ex poſtfacto approbatâ perſonâ, uti ſuperiùs paulò *n. 13.* memoratum, pœnæ aut labis, ſed cauſæ reſtitutio ſit. *l. ejus qui, 29. pr. in fin. ff. de Jur. Fiſc.* Siqvidem causâ validatâ perſona ſtatu deturbari poteſt, & officio removeri, ſeu honore fraude arrepto; qvod liqvet in Notario putativo, cujus poſt multam inſtrumentorum confectionem poſteà primùm inhabilitas deprehenditur, & tamen eadem fide ſuâ cluunt, atq; publicô ſubſiſtunt valore, ſi autoritate creatus ille publicâ modò ſit; qvippè qvòd *in l. 3. & in l. 2. C. de Sent. in l. 1. C. de Teſtam. & in l. 3. ff. ad SCt. Maced.* actus aliqvi propter utilitatem publicam favorabiliter ſuſtinentur, hocq; operatur opinio & error communis, qvi DD. qvibusdam Jus facere dicitur; ut perinde ſit, ac ſi ab homine libero, aut habili actus illi celebrati fuiſſent; ſecùs licèt in illo ſit, cujus ſcil. actus nulla electio defendit, ſed ipſe ſe ingeſſit; adeoq; ipſius irrita ſcripta ſint & nulla, cùm nemo ſibi ipſi perſonam aliam imponere poſſit. *Treutl. & Bach.*

con-

concordes in V. 2. D. 5. th. 2. B. qvâm propriam & internam & jam lege infusam ipsarum ἐνέργειαν efficacitatem & usum pertractare consilium nobis.

III.

BREVIARIA.

15. *Recensentur Species* Regenerationis, *qvæ extrajudiciali hominis dijudicatione, aut præstatione & gratificatione, usui mancipioq; dantur & constituuntur.*

16. *Præsentantur partem in exemplis 1. Servitutis nutatione.*

17. *Qvæ qvia fidei Christianorum non adversatur: Sed*

18. *Et ex Lege talionis justificatur; eò in Orbe Catholico ea adhucdum maximam partem obtinet.*

19. *Nihil alterâ qvoq; ratione legis civilis; qvæ omnes Christianos jubet esse Cives Romanos, obstante.*

20. *Ulteriùs 2. illustrantur in Transactione Criminali præjudicialiq;. 3. In Abolitionibus criminum. 4. In Moratoriis præscriptionibus &c. apparent. Et hactenùs significantiùs qvàm numerosiùs qvidem.*

21. *Afflictio aliqvam partem pœnæ Capitalis aut probrosæ, impedit* Regenerationem.

§. 15. Ad hæc minimè omnium supersedeam inculcare, qvàm abundè postmodum etiam Saluti ac Integritati cujusvis provisum voluerint Sanctissimi, *l. 3. ff. de Natal. Rest. l. 87. §. 4. ff. de Legat. 2. l. 12. C. de LL.* Hîc qvidem loci ferè per gratiosas istarum largitionum & magnarum qvarundam & generalium largitatum *Nov. 78. c. 5. in fin.* Virtutes & efficacias, qvæ vel ex ipsâ legis mortuæ *Treutl. V. 1. D. 2. 9. 4. lit. E.* seu Scriptæ *Bachov. cit. loc. ad Tr.* Concesione prosiliunt, etiam per Legis-actiones in Specie sic dictas, ut sunt Manumissio, Emancipatio &c. *l. 2. ff. de Offic. Proconf. l. 4. ff. de Adopt.* & præ illô, qvod à supremo forsan Principe impetretur, beneficio singulari; & per singulos de cætero *Nov. 78. c. 5. f.* ut olim fiebat, *l. 1. C. de jur. aur. annul.*

Cùm

Cùm permodum exceptionis, qvæ variâ ſpecie ac facie obtingere variis ex cauſis poſſunt; unâ loco omnium V. C. *l. 20. & 26. C. de Liber. cauſ.* & à *Perez. n. 6. eod.* expreſsâ; & actionis, ut ſi ſervus communis ab uno ex Dominis manumiſſus ſit, ſolius partem ſuam ſocio vendere per Prætorem cogatur, ut ſervus ad Libertatem perveniat. *l. 1. C. de comm. Serv.* ſeu alioqvin qværendæ & poſtulandæ competunt, prout paſſim iſtiusmodi cauſarum merita & fata partium adſertione *tit. C. de adſert. toll.* panduntur. *l. 2. C. Si per vim & alio modo. l. 1. C. de offic. civil. jud.* Et qvæ, qvatenùs, ut jam conceſſa jus dicenti conſiderantur, voluntariâ Jurisdictione *l. 1. ff. de Jdict.* perficiuntur: *Bachov ad Tr. V. 1. D. 3. §. 7. pr.* tùm ſingulo privatâ auctoritate citrà cauſæ cognitionem, concordiâ. *C. 1. X. de Mut. petit.* pacto; Cùm ſervi, v. c. ex qvò & vetuſtis temporibus etiam ipſum Dominum ſibi poterant naturaliter obligare *arg. l. 32. ff. de R. I. §. 1. Inſt. de Fidejuſſor.* atq; aliqvid qvaſi proprium poſſidere, illud pro Capite permittebantur numerare, & ſuper eo cum ipſo Domino de Libertate paciſci, & contra Dominum, ad fidem ſervandam officium judicis implorare. *Sen. Ep. 81. l. 4. §. 1. ff. de Manumiſſ. l. 9. & 14. ff. pro Emt. l. 9. C. de Condict. cauſ. dat.* donovè, *l. 1. C. de Comm. ſerv. manumiſſ.* Ubi unus ex pluribus Dominis partem ſuam qvam in ſervo habet, ipſi Servo legat, hancq; voluntatem ita Imp. interpretatur, qvaſi voluerit ſervum libertate pro ſuâ parte donare: ſed cùm pro parte tantùm ſervus liber eſſe non poſſit, placet *d. l. 1.* ut ab alterâ parte tacitè libertatem conſeqvatur, pretio præſtito alteri ex Dominis, ab hæredibus teſtatoris, aut pretio oblato, conſignato, depoſitoq; cum ipſo recuſantis periculo. *l. 19. C. de Uſur.* & ſine omni ſtrepitu & figurâ judicii. *C. ſæpè. Clem. de V. S. Clement. Diſſendioſam. de judic.* qvandoq; tamen & apud Conſilium, h. e. convocatis antiqvitùs, à Conſule, Prætore, vel Præſide Provinciæ, Conſiliariis, & cauſâ juſtâ coram iis probatâ. *l. ult. C. de Vindict. & apud Concil.* Num verò apud Legatum Proconſulis poſſit fieri manumiſſio? vid. *Ungepauer. Exerc. Juſt 2. q. 14.* alteri applicanda pro licitis habentur. *Afflict. L. 1. Conſt. Regn. Neapol. Rubr. 2. n 25.* *Et exemplificari poſſunt ſignificantiùs; nihil tamen juxta numeri hîc complanando adſtrictionem: in Veteri §. 1. Inſt. de his qvi ſui vel al. jur.* & innovatâ obrogatâve Servorum *Oldendorp. claſs. 3. act. 9.* materiâ. *tot. tit. de Captiv. &* §. 16.

Postlim. qvam Constantinus M. Justinianus, Hadrianus, Severus & alii Servorum Patroni *Herm. Stamm. de Servit. Personal. L. 1. c. 2. n. 1.* multos labores pro libertate Subjectorum sustinentes *l. 1. pr. ff. de SCt. Claud.* insigniter tenuitatis vellere ac æqvitatis cancellis circumscripserunt. *tit. C. de his qvi ad Stat. confug. l. 1. C. de emend. Serv. l. 1 §. sed & scimus. C. de Latin. Libert. toll. l. cum satis inhumanum. C. de Agric. & Cens. Novell. 54. pr. in fin.* adeò ut *difficilè sit dignoscere servum à libero. l. 5. ff. de contrah. Emt.* Et qvid qvantumvé Religioni circa eam alii tandem, ut modò adducti, Cæsares condonârunt *Bart. in Extrav. ad reprimend.*

§. 17. *princ. junct. c. 1. X. de Judæ. & Sarac.* *Cùm tamen servitus Personæ neq; pugnet cum libertate Christianâ *Neand. Tr. de Stat. pers. p. m. 49.* neq; Legi divinæ adversetur Dominica potestas. *Hahn. in π. W. de Manumiss. Perez. in C. de Nud. Jur. Qvir. n. 4.* Unde Hic non absurdum videri debere ait *ibid.* qvòd Hispani in Turcas, Afros, aliosq; infideles; adderem ego: Belgas novam Bataviam tuentes in subjugatos Americanos, ex qvorum operis servilibus, ad qvas innumeris hinc inde, propè prisco more statis ergastulis affixi laboribus vehementer mulctantur; ingentes hebdomadatim reditus exprimere famâ feruntur; hoc Jure utantur, ut captivos in servitutem redigant, nec eâ liberent, qvámvis Mahumeticam sectam ejuraverint, ac Ethnicam Idololatriam deposuerint, & fidem Christianam fuerint amplexi. Nec ita frivoli; Cùm & eo in Statu qvis optimè vivere, & Deo grata præstare potest, etiamsi multis nõ careat molestiis. *Balduin. supr. cit. loc.* Nedum cum Reip. utilitate hæc vis disidium alat, ut potiùs, qvantum servorum multitudine, sin' abundaremus adhuc, communi hosti oppositâ contra Magnum Canem, seu Turciæ Tyrãnum effici posset, cum Nostratibus passim clamitent

§. 18. Politici, teste *Busbeq. Ep. 3.* *Qvîn lex Sacra probet antiqvissimam talionis pœnam, à primâ qvidem mundi gubernatione in Rep. Mosaicâ *Exod. 21. v. 23. & seqq.* Ægytiacâ & aliis diligentissimè retentam. Unde & Pythagoras, cujus filiis vetustus ille Rhadamanti celebratur versiculus: Εἶπε παθοι τα' π' ἔρεξε, δίκη π' ἰθεῖα γένοιτο; Justitiam repassionem appellavit, si qvis in se id patiatur, qvod alteri intulerat, de qvô *Arist. L. 5. Eth. c. 5. Rubr. & tot.*

& tot. tit. ff. Qvod qvisq; Jur. in al. stat. vid. Cujac. L. 7. observ. 13. Hâc confectum videtur, ut Jure meritoq; similis & reciprocæ perpesionis eâ servitutis acrimoniâ utendum fuerit Christianis adversus paganos, cùm illi eâdem contra nostram gentem, aut intentiori qvidem acerbitate, sævitiâ & feritate toti debacchentur. *vid. Godofr. de Jenâ Disp. de Captivit. c. 6.* Itaq; in iis, qvi in bello, qvod cum hoste infideli est, capiuntur, Jura servorum etiamnúm obtinent. Nisi qvòd aliqvæ Regiones, ut Brabantia nostra, tàm puro aëre sint, ut si qvis aliunde servus advenerit, statim ibi in libertatem proclamare possit, & ab ipsô aëre manumissus censeatur, inqvit *Zypæus de Jud. L. 3. c. 2. n. 11.* & *Gudelinus* docet, Servos ex Hispaniâ venientes, simul atq; Franciæ fines intrârint, similiter qvamdiu in Belgio maneant, liberos fieri. *de Jur. Noviß. L. 1. c. 4.* Insuper legi ego in Annalibus Supremi Consilii, qvod Mechliniæ est; Cùm ab Institore Lusitano servus, qvem in Hispaniâ emerat, aufugisset, & in his partibus latitare, vagariq; existimaretur, porrectusq; esset Principis Senatui libellus supplex, ut juberentur Magistratus fugitivum prehendere, Dominoq; suo restituere, rescriptum fuisse Anno 1531. supplicantis precibus neqvaqvam esse annuendum, propter Libertatis personarum usum, dehînc jam per aliqvot secula continuè observatum, qvod exemplum Molanus, sicut à me accepit, Libro suo 3. c. 34 de Canonicis inseri dignum putavit, inqvit *Id. Gudelin. d. loc.* Plura de his adi *Covarruv. & Molin. de Just. & Jur. Disp. 34. & seqq.* Idq; genus alia & ego operi primario committenda reservo. * Altera verò qvæ supereſt ratio, apparenter desiti in servitute Juris inter Christianos parum stringit, dùm non minùs, ut componitur malè, & ex *l. 21. §. 11. ff. de Capt. & postl. rev.* qvâ bello civili negatur fieri servus, infertur haud meliùs sic: qvia omnes cives Romani; ita pessimè concludere putatur & in omnes universim diffundi; etiam in descitarum, an vi ac fraude exemtarum Regionum ac Provinciarum pullos: cùm id de aliqvibus certis saltèm sit exaudiendum, & non nisi de Subjectis Romano Imperio verum esse videatur, *l. 17. ff. de Stat. hom. l. 1. C. de Summ. Trinit. Nov. 78. pr. in fin. ibi: de nostris Subjectis & c. 5.* atq; inter hos tantùm dicendum fortè illud Jus exoleviſſe, cum §. 19.

Nobiliß Dno: D. Strauch. in Diſſert. ☞. 1. §. 17. Manifeſtum ergò, qvòd non deſtituatur, qvô hodieq; nitatur SUPPOSITO ac fundamento radicetur in hâc fortunâ Regenerationis per gratum ictum principium, *ſecund. DD. in l. ult. C. de Emancipat. & Nov. 81. Herm. Stamm. de Serv. perſ. L. 3. c. 37. n. 5. & paſſim. Menoch. de Arbitr. Jud. Caſ. 230. n. 7. Hahn. in π. W. de Manumiſſ. Vindict.* Etiam ex hâc parte (innui!) Cûm, qvicqvid in toto Jure de ſervis eſt ſancitum, id referendum eſt ad homines proprios noſtri ſeculi; qvatenùs fert æqvitas ſimilitudinem colligi. Nam nullum hominum genus accedit propiùs ad ſervorum conditionem, qvàm homines proprii his temporibus: qvod apparet ex *l. ne diutius C. de Agric. & Cenſ. Oldendorp. Claſſ. 2. act.* 9. nec adeò in hæc jura, tanqvàm prorſùm obſoleta, inutilia inſumantur ſtudia, qvæ (ſin' moderata modò) optimorum Parentum, Beneficorum Principum Magnatumq;, ac Mœcenatum bonorum, ſpe bonâ conceptâ; defraudatâ, ſumtus ſinant transmiſſos in perverſos uſus aut nullos eſſe converſos. *Herm. Stamm. de Servit. Perſ. L. 1. c. 1. n. 6.* Jura Captivitatis in L. Cornel. & Poſtlimin. fictione in perſonis num adhuc valeant, alii aliter ſentiunt. vid. *Stamm. præf. loc. L. 1. c. 3. à n. 9. ſeqq.* Affirmat & rectè, locum habere, ubi res geritur cum barbaris, ut Turcis, Saracenis, aut Tartaris; *Hahn. in π. W. in fin. de Capt. & poſtlim.* De Jure verò civili illa etiam inter Chriſtianas Respp. juſtè belligerantes, juxta ea qvæ *ſupr. §. 19. pr.* adſeruimus; Conſvetum tandem à Captivitate liberandi modum per lytri ſolutionem, aut nudam Officialibus ſæpè de eâ fidem habitam (auff Parol) permutationemq; perſonarum; Wann ſie gegen einander außgewechſelt werden/ videantur Scriptores *all. & c.* omninò *Godofr. de Jenâ diſp. de Captiv. c. 6.*

§. 20. * Deinde pernotanter in qvâvis arduâ remiſſione pœnali ac capitali hæc Jura cadunt, *ad l. Tranſigere C. de Tranſact. DD. & Ant. Matth. de Crim. p. m. 944. n. 11. & 2. ſeqq.* ulterius *l. 40. l. 13. §. 9. & l. 25. n. 3. ff. ad L. Jul. de Adulter.* Ratione movente & favore miſerationis ob metum mortis, hanc tranſactionem admittente, h. e. ex principiis, non Juſtitiæ, ſed gratiæ & humanitatis, *Hahn. ad ☞. W. n. 5. de Tranſact.* Unde & illud, qvòd citrà ullum hujus periculi id fiat momentum: ne hæc tranſigenti videlicèt præſumtio inhæreat, qvaſi reus conſcientiâ ſceleris pacis fœdera qvæſierit, ſed ut potiùs gravitate periculi territo ob dubium judicii eventum pecuniam adverſario dediſſe intelligatur. *Bach. ad Tr. V. 1. D. 7. th. 5. A.* de qvâ Vindictæ civilis pecuniâ vulgò Mann-

oder Sühngeld, vid. omninò *Ant. Matth. p. 564.* & qvid Compositiones hæ ex Jur. Sax Part. 4. Const. II. cum l. nostrâ 18. qvæ est Juris civilis, cõmune habeant, adi *Treutl. & Bach. h. th. 5. lit. D. Siqvidem ex Rei parte*, ad qvem solum rationem *l. 1. in fin. ff. de Bon. eor.* restringimus, qvia minùs cõmodè eam transfert ad Accusatorẽ Treutlerus, cùm neutiqvã idẽ metus sit actori qvi Reo: Nam probato crimine certa mortis pœna reũ manet: non probato crimine, nõ illicò eadẽ manet actorẽ; aliud n. non probare crimen; aliud Calumniari: solùm Calumniatorẽ pœna talionis manet, ad formulas *l. 1. §. qvorum. ff. ad SCt. Turpill. ignoscendum censuerunt ei*, ne scelere prævaricatione aucto adversarium corrupisse dicatur, atq; ex eo pro convicto habeatur. *l. ult. ff. de Prævaricat.* qvid hîc moribus obtineat collidere cum *Treutler. & Bachov. præcit. loc. lit. F. qvi sangvinem suum qvaliter qvaliter voluit redemtum. d. l. 1. in fin. ff. de Bon. eor. qvi ant. Sent. Brandmyller. diff. Jur. Civ. & Can. p. 566.* Cùm qvilibet naturâ duce, se suumq; corpus tueatur & nocitura declinet. *Hahn. cit. loc.* Qvare non placet ista Treutleri qvam reddit loco mox *allegand.* pro ratione opinio; nempè, ne videatur sibi-ipsi manus intulisse reus, si lex transigentem illum pro confesso haberet; qvia qvi transigit super crimine, ex qvô fustigatio vel membri amputatio irrogatur, pro confesso & victo habetur: nec tamen inde seqvitur; eum seipsum fustigare vel mutilare videri. Pejor autem adhuc illa ratio sit, qvam adfert Klock: ut pluribus sontem deferentibus crimen innotescat magis, & ille cadat justiùs; Cùm seipsum Jure nemo cogatur deferre, aut sui delationem alteri mandare. *per vulgat.* Neq; apparet satis causa, qvò minùs insistamus rationi JCti nobis *in d. l. 1.* donatæ. *Bachov. ad Tr. v. 1. D. 7. §. 5. lit. D.* Cùm conservationi vitæ humanæ qvàm maximè studendum sit, monente *Pruteo in R. I. L. 4. t. 11. c. 4. per text. ibi alleg.* & *funestam vocem potiùs interdici, qvàm exaudiri Jura* præoptent; *Can. placuit eor. 2. q. 7. l. pen. in fin. C. de his qvi accus. non poss. l. 7. C. ad L. Corn. de falsi. nec augmentis delectentur pœnarum, qvia nihil ipsis tàm gratum, qvàm humanitas est. l. 57. pr. C. de Episc. & Cler. l. 8. C. de Jud. l. 90. l. 183. ff. de R. I.* nisi læsæ Majestatis crimen attineat. *d. l. pen. in fin.* Qvæ sic constituta magnum tribuere momentum possunt ut statuatur, crimina solùm pœnam sangvi-

nis, qvâ mors seqvitur, & pœnam capitalem conjunctim invehentia, legem hîc in Transactionis reqvirere objectum, in hocq; non omnium ex angusto genere consignatorum *l. 103. ff. de V. S.* capitalium venire nomen. *arg. l. 7. §. si pacisc. ff. de pact. Ant. Matth. laud. Tr. p. 944 n. 3. Bachov. in Tr. V. 1. D. 7. §. 5. A.* Qvanqvàm hæc lex, qvà dictat ignoscendum reo transigenti, eò noxii aliqvid habere videatur, qvippe spem impunitatis contra *l. 27. §. 4. ff. de Pact. & C. 25. §. illud, in fin. X. de Jurejur. jung. supr. Memb. I. n. 24.* (Expedit enim Reip. delicta nocentium non esse impunita *l. 5. de Pact. dot. d. l. 7. §. si paciscar. ff. de pact. l 51. §. æstimatio. ff. ad L. Aqvil. l. 9. §. qvod illicitè. ff. de publ. jud.*) qvadantenùs reo ostentans; Nisi ita eam interpretemur; ut aut ad accusationem saltim restringatur, non crimen ipsum pertinere censeatur, licentiâ *l. 25. ff. de LL. juxta Ant. Matth. d. Tr. p. m. 564. & 947. pr.* Qvemadmodum maritus uxorem, si hoc ei abjuraverit, de adulterio ad divortium celebrandum, & sic ad privatum commodum accusatione qvidem impetere haud potest; sed publicâ Vindictâ ad pœnitentiam eam agi permittere minimè prohibetur. *d. c. 25. §. illud, in fin. X. de Jurejur.* ubi *Zoës. n. 52. in fin.* Ad hæc jam diu in foro Saxonico & aliis judiciis receptum est, ut, præprimis in simplici adulterio, pœna aliàs merita remittatur: Substitutâ aliâ, si maritus innocens pro uxore adulterâ: Citrà crimen lenocinii *l. 2. l. 17. C. ad L. Jul. l. 2. 6. 2. in fin. & §. 5. l. 29. ff. eod.* ad iterati adulterii deprehensionem limitatis: juxta *Moller. Const. Elector. 19. n. 9. 10. P. 4.* vel uxor innocens pro marito deprecetur, & non dubitet cohabitationem porrò offerre; Qvod D. Aug. Elector. Saxon. confirmavit *d. Const. 19. P. 4. vers.* Wann die besagten einer *verb.* daß alsodann dem Ehestande zu Ehren die Straffe etwas gemildert werde. *&c.*

§. 21. *Qvæ admixtio pœnæ, præsertim in aliqvo Capitalium genere ubi accidit, gratiam illam, naturamq; Regenerationis nostræ perdere facit, utpote qvâ plena solatia à characteribus caput minuentibus & integram veniæ togam qvoad capitales, corporis mutilatorias sangvinolentasq;, servilis subjugationis, perpetuæ carcerationis, existimationisq; *l. 103. ff. de V. S.* Juriumq; Civitatis amissionis:

Qvid

Qvid enim tantum est, qvantum Jus Civitatis inqvit *Cic. 2. de LL.* publicationisq; omnium bonorum *Frider. de Proceſſ. extrah. L. 1. c. 9. n. 14. Menoch. Arbitr. jud. Caſ. 110. §. 11. §. 4. Inſt. de Excuſ. Tut.* pœnas, So viel die Straffen belanget / und biß an die ſelbten ſo mit dem Tode / Abnehmung eines Gliedes / Staupenſchlägen / Ewiger Gefängnis / und anderer Dienſtbarkeit / Vorbannisirung / und Ehrenbrüchiger Verweiſung / oder dergleichen Verurtheilung und Verdammung / und Einziehung aller Güter und Habe / alleſampt in die Zent- oder Obergericht fallende / angelegt werden. *Hahn. in ff. W. n. 8. de Jurisdict. & Tit. de Injur. not. 3.* paramus; ut fundamentum ſubſtruit *Connan. L. 2. Comm. 12. n. 4. & infinit. Jur. textt.* Diverſum qviddam eſt, ubi, licèt qvis ex Reſtitutione priſtinam officii digniratem honoresq; non recipiat, nihilóminus tamen hic cætera Statu ſanato pro regenerato habeatur: cujusmodi leges civiles ſcatent exemplis; & diſcriminare videtur hunc Statum *Conn. d. loc. ubi qvære in Indic. Vocab. Status qvid ſit?* Aut ad illa judicia Criminalia referatur, qvæ privatam ſaltèm continent perſecutionem. *l. 1. ff. de Publ. Jud. l. 3. §. f. ff. de Prævaric.* Illa namq; Tranſactio publicæ Vindictæ, ſi deinde crimina patefiant, nihil præjudicare poteſt, qvominùs malefactor id qvod fecit expectet. *arg. l. 7. §. 14. l. 27. §. 4. verſ. Item ne. ff. de Pact. l. 9. §. 5. ff. de publican. l. 5. §. 2. ff. ad L. Jul. de Vi publ. l. 13. ff. de Offic. Præſ. cum ſimilib. apud. Bart. ad l. 1. §. 5. n. 1. ff. de Injur. Matth. Coler. de de Proceſſ. Exec. præf. n. 15. verſ. Cur autem ultra &c. Cum P. 2. c. 3. n. 100. & 101.* Exhinc & qvod alibi reſponſum eſt, paria delicta mutuâ compenſatione tolli, id in modicis duntaxat, privatisq; admiſſis procedit, non in criminibus. *l. 39. l. 47. ff. Solut. matrim. l. 2. §. qvi hoc dicit. &. §. ſi publico. l. ſi uxor. 13. §. judex. ff. ad L. Jul. de Adult.* Sic illâ in Integrũ Reſtitutione, qvæ dici poteſt, qvæ eſt in pace & compoſitione diſcordiarum ſæpè, *Odd. q. 91. n. 18.* ut nunqvam illicitè, & privatim deveniatur ad repoſitionem alicujus offenſi in priſtino ſtatu honoris ſui, *l. 18. C. ex qvib. cauſ. infam. J. l. 6. §. 7. ff. Qvi. not. infam. Horom. illuſtr. q. 21. Gail. 2. obſ. 192. n. 13 17.* Libertatisq;, ubi tranſigitur de dubiâ ſtatûs qvæſtione, & qvidem ut is, qvi ſervus dicebatur, adſcriptitiusvé, pro libero in poſterum habeatur, nec ampliùs ipſi ab adverſario Statûs controverſia moveatur; viresq; hæc ſortitur tranſactio ex *l. fin. C. de Tranſact.* & publicis auſpiciis, ut per Amneſtiam injuriæ belli tempore illatæ tolluntur. vid. *Gudelin.*

Gudelin.de Jur.Pac. Zuer. Buxhorn. de Amneſt. haud rarò & integris Communitatibus, poſteàqvàm primò bellis eversâ Rep. Civitas una atq; altera libera antè ac ſui Juris expugnata verò deditur, cum agris & terminis, atq; delubris, aliisq; rebus ac immunitatibus cunctis in hoſtis poteſtatem, Ditio-Jurisdictio-nemq;; atq; ita & faciem, & nomen, & caput amittit, mortemq; ſubit: rurſùm liberata qvaſi nova ac recèns nata mutato territorio ac dominio ad ſeipſam propriamq; naturã revertitur. *Rævard.* graviter hæc *L.2. Conject. c.7.* Exemplum in ſingulis habemus ex nupero Inſtrumento Pacis Imperii, cûm iis, qvorum adverſa pars in Bello Germanicô conditione uſa erat, Imperii ſubditis, generali abolitione proſpectum. Ut freqventi fieri uſu adſoler, qvòdſi duo Domini faciant pacem, ut Reſtitutionem in Integrum ad invicem tractatam, & ſibi ſuisq; Vaſallis, ſubditis & hæredibus eorum concedant, ut proſit multis, etiam qvi veriſimiliter hanc concesſionem ignorant, vel præſentes non fuerunt. *Odd. q.92. n.6.* Sed ſi hæc fortè aliqvantùm præter ordinem, redeamus ad illum! Concludimus ergò: In Criminalibus tranſigi poſſe ſuper poteſtate acculandi & Jure à reo coram Magiſtratu exigendi, qvod privatus contra privatũ habet pretiô æſtimabile. Ubi Judex non ſit ſollicitus, qvô pactô partes ſponte ſuâ & voluntate de lite diſcedant, ſed à privatis ſi controverſiis diſceſſerint, Prætor debebit id ratum habere. *l.1. §.10. in fin. ff. de Nov. op. nunc.* Imò ſi pertinaciter litigare perrexerint litigare prohibiti, ut filii, *Zaſ.* ait, eo caſu cogi poſſe à judice, ut concordiam ineant, aut urbe diſcedant, præſertim ſi tales ſint Perſonæ, qvæ ſtatum perturbare Reip. poſſunt. *ad. d. §.10. n.8.* Hucusq; concordia inter litigantes poteſt iniri ſine autoritate judicis, niſi agatur de crimine publico. *Godofr. ad d. l.10.* Vel ad publica etiam tùm, cûm ſoli tranſigentes inter ſe ſaltèm noverint crimen, & celent ne Magiſtratui innoteſcat: Cùm illo caſu Reip. nihil interſit, admiſſum iſtud vindicari, qvod nullius dum ſeriit oculos; ob rem ignoratam & ceſſantem inſuper publicam Injuriam ſeu offenſionem. Et qvidni impediatur ſic vel per accidens hæc punitio, ipsô qvi læſus eſt, non detegente crimen, cùm ad id faciendum, niſi directò & principaliter Reip. referat manifeſtari, nemo nec naturaliter qvidem adſtringatur, aut invitus accuſare artetur. *per Jura vulgat.* Conſule *Weſenb.* Præceptorem

rem Germaniæ, cujus vitulâ plurimi arârunt *π. de Pact. n. 6. & Carpzov. Pr. Crim. P. 3. q. 148. à n. 4.* Tertiùm Criminum Abolitionum genera integris *Cod.* videantur *titulis. Ant. Matth. Tr. de Crimin. T. 19. Qvib. mod. Crim. aut accuſ. exting. diverſis Capitibus.* Deniq; debitorum aſyla, ac Reſcripta moratoria, *l. 4. C. de Prec. Imp. offer. l. 8. C. Qvi. bon. ced poſſ. & DD. ibid.* Gemino qvidem Capite. Primò reſpectu Creditorum, qvorum contumelioſas manus, indignumq; ſervitutis privatæ jugum, civilemq; vilem carceris mortem, cùm *in l. 32. §. 6. ff. de Don. int. vir.* etiam qvi ſervus privati effectus ſit, mortuo ſimilis dicatur. *Ant. Matth. p. 845. n. 13. p. 975. pr. Coler. de Proceſſ. Exec. l. 6. 30. & 72. V. 35. 82. vid. Oldendorp. Claſſ. 1. act. 12. p. m. 136.* ubi dicit: hunc maximum eſſe Effectum Ceſſionis bonorum, qvòd qvi voluerit cedere bonis, is non poſſit detrudi in carcerem; aut ſi ductus fuerit, debeat dimitti. *l. 1. C. Qvi. bon. ced. poſſ. Gail. 1. obſ. 133. n. 9.* vid. tamen & *Bachov. ad Tr. V. 2. D. 24. §. 4. I. K. it: §. 4. A. & B.* effugiunt, ut Interpp. locis citat. & innumeri alii, qvi huic rei litârunt, paſſim exhibent. Altero, reſpectu ſuiipſius; ex qvô gaza & pecunia, ſeu bona & res ſecundus hominis ſangvis & vita eſſe dicitur altera. *gloſſ. & Bald. in l. 14. C. de Advoc. diverſ. jud. Covarr. de Sponſal. & Matrim. p. 2. c. 3. §. 4. Menoch. de Arbitr. jud. Caſ. 110. n. 6. ibiq; ipſi alleg. DD.* Qvod vel bifariàm mihi poteſt per conſeqventiam & mediatè hôc loco eſſe veriſimum: *Cùm ratione Pœnarum corporalium;* qvatenus vel hæ, etiam ſangvinatiæ in pecuniarias converti; *Hering. in Append. Diſc. de Homicid. atroc. eâd. qvæſt.* vel pecuniariæ deficiente pecuniâ in corporales commutari poſſunt. Cûm pœnæ pecuniariæ Legib. definiuntur; qvas qvi egeſtate eludunt, ii corporis coërcitionem ſuſtinent. *l. 131. §. 1. l. 244. ff. de V. S. l. 1. paragr. ult. ff. de Pœn. l. 7. paragr. in ſervos. ff. de Jdict. l. ult. ff. de in Jus voc.* ex qvâ L. tritum illud: *Qvi non habet in ære, luat in corpore. Bach. ad Tr. V. 2. D. 30. theſ. 6. G. & H. l. 35. ff. de Injur. l. 9. ff. de incend ruin. naufr. l. ult. C. de Sepulch. Viol. ut reddat debitum pœnis, qvod non poteſt compenſare pecuniis.* Caſs. 9. Var. *qviq; redhibitione ſubſtantiæ ſatisfacere non poteſt, ultione ſatisfaciat corporis.* Ambroſ. Serm. 78. *præbeatq; ſubſidiarium tergum, cui non ſuppetit pecunia.* Zaſ. ad §. 12. Inſt. de Act. Exempla collige: *d. l. 7. §. 3. ff. de Jdict. & d. l. 1. §. ult. ff. de Pœn. & l. 1. C. de Ædif. priv. l. 4. C. de Serv. fugit. l. 6. C. de mod. mulct. 2. Feud. 53. §. 1. f.* Facit *Exod. c. 22. §. 3. f.* Ex qvô Jure ortum ut dicatur Germanis: Blutarm / qvaſi dicas: *Qvi non habet,*

habet, qvô Sangvinem ſuum *redimat.* *Spangenberg. Spec. Nobil. To. 1. L. 8. c. 6. p. 1406.* Caſus de hâc pœnarum commutatione peti poſſunt; ex *Menoch. arb. jud. Caſ. 447. Schneid ad paragr. 12. Inſt. de Act. n. 57. Vasqvez. Illuſtr. Controverſ. 96. n. 30. Speckh. cent. 1. q. 40.* Qvarum tamen alteram de pecuniariâ in paupertate ad corporalem in Doctorib9, aliisq; utriusq; in militiæ dignitate conſtitutis privilegiatisq; perſonis non obtinere pòſt alios tenet; *Halbritter. Orat. de Privil. DD. tùm omnimodâ poſſeſſionis utilitate*, cûm patrimonium & bona cenſentur eſſe hominis ſubſtantia & vita, qvòd ex iis ſuſtentetur. *Volz. Tr. ad L. Cornel. de Sicar. p. m. 212.* ac veluti humidum radicale; ut eleganter ex *gloſſ. all.* ſcribit *Reink. in enarrat. Tit. Cod. de Pact. ad l. fin. n. 125.* ſive oleum in lampade, unde illud:

Argentum & anima & ſangvis eſt mortalibus,
Hôc qvi caret, nec ſibi paravit ſedulò;
Vivos hic inter mortuus obambulat.

Qvod *Eraſmus* è Comœdiâ qvâpiam refert *Chil. 2. Cent. 8. ſub adag. 35.* Dann zu gleicher weiß / wie in einer Lampen der Tacht für ſich ſelbſt nicht brennen kan / ſondern durch das Oel oder ander Fettigkeit erhalten werden / ſo bald aber das ſelbte gebricht / erleſchen muß: alſo werden die Menſchen durch das Oel der Haab und Güter unterhalten und bewehrt / in Entziehung aber derſelbten / erſterben ſie gäntzlich / und verlieren ſich zu grunde; ceu elegans qvidam Auctor ſcriptum reliqvit. Id qvod probatur ferè etiam in terminis, *Conſtitutionibus utrisq;* von verdorbenen Kauffleuten, *de Anno 1548. & d. Anno 1577. ibi:* Ihre Leib und Güter verdorben. Atq; hinc non minùs deſcendiſſe puto, qvòd Cauſa Statûs præjudicialis & pecuniaria ex lite univerſorum bonorum orta, æqviparentur, & hæc pro ſummè arduâ & penè capitali habeatur; *§. Inimicitiæ. 11. junct. §. item propter litem. 4.* ibi: *de omnibus bonis & hæreditate. Inſt. de Excuſ. Tut. Petr. Ant. de Petr. de Jur. qvæſ. per Princ. non toll. c. 26. n. 20. Menoch. de Arbitr. jud. L. 2. Cent. 2. c. 110.* Kremberg *de Neceſſar. def. q. 7. n. 5. verſ. unde etiam. Freher. L. 1. de Glor. c. 1. n. 12. verſ. unde etiam apud DD.* Excuſtioq; pro ignominioſâ; Cùm & qvi appellat tantùm qvaſi debitorem eum, qvi debitor non eſt, injuriarum teneatur. *l. 15. paragr. 33. ff. de Injur.* Qvô reſpectu moratoria mihi, & Reparatio ſeu Reintegratio alterius vitæ ſangvinisq; præ debitoribus, & Conſervatio Capitis ſui, nutantisq; ſtatûs, atq; adeò etiam ſolutionis, & ſic qvadantenus vehiculum ad meliorem frugẽ eſſe videntur, ſive potiùs æris alieni emplaſtrum, cujus intuitu Princeps civilis qvidam auriga & Medicus eſſe putatur.

Nam

Nam *Illius officium est, ut res, ita tempora rerum Qværere.*
inqvit hactenùs multùm *Wilhelm. Anton. de Rescript. morat. P. 2. n. 146. 147. seqq.* Hæc revelationis causâ huc transferenda credebã. Qvænam verò Jura hîc utrinq; sint negativa, qvibus ab his beneficiis qvidam excluduntur: horumq; qvinã è numero sint, certè delinqventes *Matth. Steph. Nov. 135. n. 12. Perez. in C. Qvi bon. ced. n.* 10, Decoctores. *Id. d. loc. n.* 7. *seq.* (Qvîn & hi id licèt reportent, infamiam indè facti sustinent; Ideo Justinianus in *Nov. 135.* non semel Cessionis remediũ appellat Ignominiosum. *Perez. in C. Ex qvib. Caus. infam. n. 15. vid. Bach. in Tr. V. 2. D. 24. th.* 4. *A. & B.* eâd. sup. qvæst. An Benef. Cess. faciat infamem? Qvod ego de iis, qvi casu calamitatis bonis lapsi sunt, etiam ad facti illud infamiam vergere, gravemq; hominum mereri opinionem, pernego per *l. f. C. Qvi Bon. ced. poss.* ubi dicuntut homines *accipere Cessionem salvâ eorum existimatione.*) Banci ruptores, qvi dum bona sua retinere student, cumq; fallere volunt, & rationes conturbare, se ad Asylum aliqvod conferunt, ut in Imperio; Norimbergenses Rotham, aut Francofurtenses Saxenhusam: Indè literasq; emittunt ad Creditores, ut velint parte esse contenti, & transigere. *Steph. d. loc. n.* 17. *Rittershus. ab eo alleg.* nunc non curamus, qværantur alibi. *vid. Perez. in C. d. loc. n.* 8. *&c.*

IV.

BREVIARIA.

22. *Seqvitur alia Species, qvæ ut genus Subalternum in Species dispescitur, qvod haut rarenter fit in Jure.* l. 2. ff. Si cert. pet. *qvæ per actus legitimos, uti qvidam volunt, qvîn & ultima ipso jure peragi habiles.*

23. *Matrimonium Gentium & divino Jure nititur.* n. seqq.

24. *Obscurum esse videtur qvibusdam, cur Treutleri definitio per Subseqvens matrimonium-Legitimationis, per Legis-actionem instituta Bachovio & Ludwello displiceat? Sed pro his paratum scutum.*

25. *Lex Legitimationem per subseqvens matrimonium tacitè operatur, & nullo alio adminiculo accedente sola perficit.*

§. 22.

EOdem ordine Numina auxiliares ulteriùs armos expandunt receptui: qvòd per alios qvoq; actus Civiles & legitimos *l. 77. ff. de R. I.* aut per seipsam *infr. n.* 25. *in fin.* Lex nævis hominum dispensaverit expurgationem. *l. 23. §. 5. C. de Nupt. Nov. 74. c. 4. & Nov. 89. c. 28. & seqq. l. Divi. l. 10. C. de Natural. Liber. C. Tanta.*

X. *Qvi fil. sint legit.* & aliis locis novissimi Juris: uti in illo qvidem genere, ubi his desideriis acprecibus annuit Princeps, vel ipse subscribit chartæ exhibitæ, datq; seorsim Rescriptum Legitimationis; *Nov. 74. c. 2. Nov. 89. c. 9.* vel per Comitem Palatinum, cujus in Specie id Privilegiis ac nominatim inseruit. vid. *Treutl. V. 2. D. 16. §. 2. E.* & *Mund. Integr. Tr. de Comit. Palat. Harpr. §. 13. n. 17. 18. Inst. de Nupt.* Qvanqvàm hanc Naturalium Legitimationem non Legis-actionibus, qvæ vel Magistratibus Majoribus & urbanis, hodiè municipalibusq; Jure Magistratûs competunt, haud immisceamus; *Ne Sceptra confundantur*, ut ait *Alvarot. in C. naturales. Si de Feud. defunct. per l. consulta Divalia. C. de Testam. c. Novit. X. de judic.* Sed pro Restitutione hîc gratiæ Majestati propriâ *Hahn. in π. W. n. 7. de Jdict.* Autoritativé Ducali Principum Germaniæ aliorumq; absolutorũ ex Jure qvodã Majestatis æmulo, conveniente *Bach ad Tr. V. 1. D. 3. §. 6. E.* & *D. 23. §. 1. C.* ponamus: Sed nec hoc ut istas distributiones attentione qvâdam jam sectemur, hîc loci anxiè agamus! Et olim: *l. 3.* & *l. jubemus. 6. f. C. de Nat. Liber.* & *l. 9. §. f. ff. eod.* Cessante licèt hodiè unius atq; alterius operatione. *l. 7. C. eod. Nov. 47. c. 3.* ubi *Matth. Steph.* Nam Legitimatio per Oblationem Curiæ hodiè non est in usu; Testibus *Giphan. Vult. Henric. Schilbock. ad §. ult. in fin. Inst. de Nupt.* Vel dudùm ipsâ usurpatione, ut liberorum naturalium arrogationis abrogatâ. *l. 7. C. eod.* Qvæ dicta eô planè modô procedunt, ac rectè, qvod hîc legi adscribitur in hôc, *Bachovius* in subseqventi matrimonio id qvoq; admittit, qvòd Lex hunc effectum semel & in genere dedit matrimonio, qvod simplici consensu citrà solennia & interventum ullius Magistratûs contrahitur. §. 23. *Et qvòd Matrimonium non ex Civili tantùm, sed gentium, imò Divino Jure est, *Bachov. ad Tr. V. 1. D. 2. §. 6. lit. A.* rectè iterum tuetur. Qvòd verò in Treutlero unum atq; alterum suæ Dictaturæ subjicit, & ut erroneum seqvestrat, more solito agit. Sed ille Autor opinionem suam firmat tantùm in istâ Juris Specie, qvæ est Legis-actio, unde & nomen traxit, qvia lege solâ nititur. Qvô & ipsô nihil insipidi hactenùs continere cuiqvam videri poterat: Sub ἐπῳδῇ enim *lit. A. §. 6.* copulat hìc loci naturam cum lege;

qvod

qvod qvi non animadvertit, nunqvam à fallaciâ interpretationis erit immunis. * An autem per subseqvens matrimonium-Legitimatio, per hoc genus qvod Treutlerus ipsi Legis actionem constituit, sit diffinienda, qvævé dictæ Legisactionis sit ab actu legitimo differentia, hîc non statuemus, cùm *Ludwellus D. 2. §. 7. lit. A. Inst.* & *Bachov. præcit. loc.* cum *Treutlero* litem hanc misceant; Subtiliq; *Lyclamæ L. 4. Membran. Eclog. 14. p. 147.* id discriminis subsit: qvòd, qvicqvid vi Legisactionum effectum est, actus legitimus demùm dicebatur; Add. *Scip. Gentil. L. 1. de Jurisd. c. 34. p. 144.* Sed non tutum semper opus Juridicarum visionum *l. 25. §. 15. ff de Hæred. pet. l. 8. paragr. 2. f. ff. ad SCt. Vellejan. l. 29. §. 5. ff. Mandat. l 25. paragr. 3. ff de Prob. §. 14. in fin. de Confirmat. Digest.* acumine Dialecticæ hebetare, earundemq; obstruere luminibus: qvòd minùs id proficuum, *infr. Period. VI. n. 31.* probatum. Utiq; enim & alibi ex locis Dialecticis probabiles saltèm, ex Apodicticis verò necessariæ rationes, & proindè fortiores conclusiones ex his, qvàm ex illis panguntur. Nec itidem an & qvatenùs legitimis illa actibus *in l. 77. ff. de R. I.* comprehensis, & Legis-actionibus *l. 20. ff. de Manumiss. Vind.* sit accensenda, utpotè in re obscurâ, fatente *Bachov. V. 1. D. 2. §. 4. propè fin.* operosè opinabimur. Satis autem constat, hâc largitate *d. Nov. 78. c. 5. in fin.* nos lege non saltèm approbante vel confirmante, sed & ambabus ulnis largiente & dante; sæpè laudatâ *l. 23. §. 5. & 6. C. de Nupt. C. Tanta. X. Qui fil. sint legit. dd. Novell. 74. c. 4. & 89. c. 8. Bach. d. Th. 6. A.* maximè gaudere ac perfrui. Licèt enim matrimonium contrahere ex voluntate & facto Patris, Jure Divino pariter atq; gentium roborato pendeat; undè Legitimationi scilicèt per consensum vel dissensum, i. e. ipsum factum Patris, nec non per geminam Juris sui auctoritatem præcurri, qvis objiciat: * Tamen Legis dispositio & voluntas atq; intentio in alio, qvàm ut sollicitudo hîc sit, qvô Jure aut ritu perficiatur matrimonium, terminatur, nimirum, qvòd, præsuppositô, matrimonii causam, aut facti Patris in illud omnisq; consensûs, qvatenùs etiam sit Jure gentium divinoq; stipata, ex se tamen eò efficacem non esse aut id sanctionis huc adferre expressim, ut Legitimationem infunderet; Ideoq; suam in hoc ipsi tribuat Virtutem, qvòdq; vis hæc sua sit matrimonio infusa, qvâ Legitimatio matrimonium subintret, cui voluit esse superinductam Legitimationem: Legis, inqvam, illa ipsa Dispositio: qvâ sancitum ut per seqvens matri-

§. 24.

§. 25.

matrimonium, qvatenùs consummatum ex posifacto est, aut eò ab immaturis parentibus (ex rogatione filiorumné expressâ, an tacitâ succlamatione ac σπεγῆ & miseratione, hanc provisionem movente præconceptorum) dirigendum videtur, filii legitimentur, etiam incestum, cui nullum aut divini nutûs, aut gentium suffragium, nulla alterutrius conniventia adstipulatur: sed observatis qvidem ad amussim *l. 57. §. 1. ff. de Rit. Nupt.* ne scilicet ab alterutrâ qvidem contrahentium Parte, vel impedimenti scientia, vel turpis & clancularia in re illicitâ versatio interveniat *Brandmyll. Diff. J. C. & Can. p. 462. pr.* aut si alteruter saltem conjugum, vel ambo Conjuges habeant ignorantiam impedimenti; & nuptiæ in facie Ecclesiæ celebratæ sint, ut tunc etiam proles legitima nata dicatur. *Id. d. loc.* conditionibus; qvod (ecce qvanta causæ nostræ perspicuitas,) etsi ex seipso in malignitate positum interdum sine ullâ procrastinatione dirimendum sit, *l. 4. in fin. C. de incest. & inutil. Nupt.* Legitimatio tamen ejus occasione occupata, Parentibus in suo schemate relictis, bona est, jubeturq; rata esse. *d. l. 57. in fin.* Igitur illa oriri suum & esse Legitimationi tribuit dùm statim actum matrimonii hæc intrat Legis efficacia & definitio, atq; in tantã qvidẽ sui permanẽtiã in Legitimationis nativitatem qvasi manum, (ut verbis hoc *C. Qvi translatione. X. de Offic. Legat.* efferam!) extendit, & ita eam feliciter producit perpetuam, ut ejus Virtutem ac vivacitatem ne ipsi qvidem filii, qvorum in eâ vertitur Interesse, sin contra proprium sibi commodum laboraudum, aut in alias eam vias subterfugiendam putârint, dissensu suo impedire & extingvere posse videantur, *l. nemo potest. 55. ff. de Legat. 1.* vel ex hâc qvoq; ratione, qvòd, dùm Legitimatio hæc fit per fictionem Juris, ut matrimonium retrotrahatur ad tempus nativitatis, non reqviritur necessariò consensus liberorum. *Bachov. d. §. 6. lit. C.* atq; ideò eos huic Juri minimè valere renunciare. *arg. C. Si diligenti. X. de For. compet.* Nam publicè interest, filios per subsequens matrimon. legitimari *C. 22. q. 4.* utut effectum in se renovationis propulsare possint & turpes esse usq; flagitare, qvia beneficium in invitum non confertur, *l. 69. ff. de R. I.* & qvod in mei commodum lex statuit, ego repudiare possum, secundum antiqvam Juris Regulam, qvâ omnibus licet his, qvæ pro se introducta sunt, renunciare. *l. pen. C. de Pact.* Jus tamen ipsum legitimandi haud-

haudqvaqvam tollere valent, aut emolumentum aliqvod publicum personæ suæ fixum intervertere. Nihilô magis, ac infâmis qvidam, graviq; nuper crimine notatus, ex certâ scientiâ à Principe Magistratus constitutus, datus judexvé, qvò minùs in officio maneat, judicetq; , ipse vix sesé poterit excusare *arg. l. un. C. de Infam. junct. l.* 18. *§.* 14. *ff. de Muner. & honor.* qvæ etiam est Sententia *Castrensis in l. cum Prætor.* 12. *paragr.* 2. *ff. de Jud.* Sed planè videtur hæc qvæstio considerata ad Jus Romanum, non magni eqvidem esse usûs : qvippè cùm hodiè non tantus sit patriæ potestatis, qvam filii olim si qvâ censerent verendam, hinc qvæ ipsis consensûs difficultas suborta, qvâ Legitimationi obicem velut ponerent, in aliqvâ esse consideratione poterat, effectus ; & itidem hodiè damnato concubinatu omnes extrà matrimonium nati, pro spuriis habeantur : vix reperietur qvis ita mentis inops, ut spurius potiùs manere exoptet, qvàm esse se legitimatum deligere velit. *Bach. ad Tr. d. th.* 6. *D.* Unde appareret, qvòd in hâc specie lex magis operetur nuda, qvàm in cæteris actuum legitimandi, qvi licèt similiter speciali legis beneficio veniant, tamen utplurimùm Superioris & Solennium interventu celebrentur. Benè *Bachovius d. §. 6. lit. A.* hanc nostram non vi Magistratûs aliqvâ concedi ait ; unde & videri possit, eapropter, qvòd ab illis, qvæ Jure Magistratûs percipiuntur, planè remotæ sint, præcipuè Legis- actiones dictas; vel etiam, qvia totæ à lege pendebant, erantq; *d. §. in fin.* Exîn ergò qvid seqvitur, nisi cum antecedente suo ; qvòd tacitâ Legitimatio hæc legis operâ usui accidit, seu specialiter Lege data est, nec qvicqvam completionis ejus alteri coadjutori reservante, arctissimum conseqvens : Cùm ita Lex sit causa univoca per- subseqvens matrimonium- Legitimationi statutâ, & ferè ad eum modum, qvô successio filiæ in Feudis cum masculo, Juris succedendi est qvidam effectus, Jus autem succedendi est causa successionis : *Vultej. L. 1. de Feud. c. 9. n.* 90. ita qvoq; Legitimatio Juris per matrimonium legitimandi effectus sit, & lex Juris legitimandi, qvod semel matrimonio & irrevocabiliter tribuit, & ipsius intermedio ceu ministro matrimonio Legitimationis, causa: Ampliùs, ut est apud Majestatem Jdictio hodiè formaliter, virtualiter, radicaliter & effectivè ; dignitasq; Feudorum Regalium annexam dignitatem regalem habentium. *Hahn. in* ϖ. W. *n.* 14. *p. m.* 63. *de J. & J.* & omnes ab Imperatore fluunt tanqvam ex fonte. *l. Sacrilegij. C. de diverſ. Reſcr.* ubi ad hoc notat textt. *ibi Paul. Castrenſ.* Cùm Princeps Summus sit Causa Causarum (civilium sub intellige ;) primæ autem causæ nulla alia dari possit causa ; ut loqvutus fertur Baldus. *Hering. Tr. de Molend. q.* 10. *n.* 25. In cæteris verò potestatibus per participationem commo-

commorantur: Sic ad similitudinem *prioris* Legitimatio hæc sese ad Legem; *posterioris* comparatione ad seqvens matrimonium per ipsam participationem habere videatur: qvòd hæc (Legitimatio) illius (Legis) sit actio? Ad instar, ut ipsi *Bachovio d. §. 6. pr.* dicitur matrimonii lege agente vel dante effectus. Legè, inqvam, promente, non naturali, sed positivâ. Qvod inclarescit ratione Retrotractionis, etiam hodiè qvoad Legitimationem ex non-Sponsis antè Nuptias jam natorum: qvòd enim illi deinceps subsecutis Nuptiis censeantur retrò fuisse nati in matrimonio, *l. Divi. C. de Natural. liber. §. aliqvando. vers. nec non. Inst. de Nupt.* Ut nihil dicam nunc de nobilissimis tot Legitimationis effectibus cum reliqvis integrè natis per omnia succedendi, (nam filii sic legitimati à lege vocantur ad successionem, si non directè, tamen per remotionem obstaculi, in hunc modum: Filii per subseq. matrim. Legitimati sunt legitimi; Si sunt legitimi, ergò ad Successionem vocantur; nihil enim aliud extrinsecùs obstat, sicut ingratis & deportatis liberis & id genus: Qvare si filius, ergò hæres!) an etiam in primogenitura?(videtné ingeniosus lector, qvàm in spacioſum hinc de grandioribꝰ adhuc prospiciẽdũ sit campũ!) In allodiis, Emphyteusi, Majoratibꝰ, Feudis & Regnis? Sed v. excluso substituto conditione: *Si sine Legitimis liberis. Perez. in C. de Fidei Com. n. 16. seq. Arnisæ. de Rep. l. 2. c. 2. sect. 14. n. 29.* Idq; maximè, ut videtur, ex summâ hâc origine, qvòd lege scriptâ demũ in hôc punctô inducta sit inter liberos legitimos & nõ legitimos differentia, non Jure Naturali. *Nov. 99. c. 8. Nov. 94. c. 1.* qvod reverâ tunc non fuit, id non potest non esse ex positione & fictione legis Civilis; Fictione, cui illa valdè adfinis, ut Senatoris filius dicatur, qvi antè etiam Senatoriam dignitatem est susceptus, *l. 5. ff. de Senat. l. 22. §. 3. ff. ad Municipal.* Aliàs & dispar haud prorsùm utriusq; causæ convexum; Cùm, licèt strictô Jure & præter hanc legis ordinationem filius natus antè Clarissimatum vel Illustratum, non videatur clarissimus vel illustris, innuente *l. 61. l. 63. & ult. C. de Decur. & fil. eor.* tamen tandem hic, qvia durum esset paternum honorem filio invidere, ex æqvitate, benigniorèq; interpretatione communiter inter Clarissimos referatur, secundum *prius cit. textt. & Ant. Perez. in C. de Decur. n. 68.* Nisi qvòd in casu nostro effectus ille fictivus etiam eousq; planè extenditur, ut & per matrimonium Avi contingat Legitimatio Nepotis ex filio naturali præmortuo: qvòd deletur omnis macula præcedens; qvod qvidem non esset, nisi nepos legitimus ex filio naturali avo suus fieret. Facit etiam, qvòd Jus filii transit in nepotem. *l. Si filium ff. de Grad. & adfin.* ubi adoptatus in locum filii videtur fuisse frater defuncti filii naturalis ipsius adoptantis: & qvòd rectè sit adoptio in locum nepotis tanqvam ex filio qvem habuit, aut etiam nunqvam habuit. *§. 5. Inst. de Adopt.* modò nepotem habere possit, cum adoptio

non

non actu, sed potentiâ naturam imitetur. Ut non obstet argumentum de Extremis inhabilibus ob defectum medii; qvia sufficit extrema habilia esse qvoad rem & causam de quâ principaliter agitur, uti est matrimonium & personæ ad invicem id contrahere aptæ. *Alciat. de præsumt. p. 1. n. 10. Covarruv. in C. Tanta P. 2. c. 8. §. 2. n. 24. Gomez. ad l. Tauri. n. 6. Fachinæ. 3. Contr. 56.* Eoq; vel ipso Bachovio teste *supra cit. §. 4. lit. E.* verbum scil. Legis actionis aliô deniq; qvàm ex Juris nostri usu à Treutlero sumi potuerit. Dici & hôc haud inconvenienter locô posset, (qvia per eas etiam qvasi dubiorum natalium videtur confici Restitutio) qvæ sint præsumtiones pro Legitimitate filii stante qvidem matrimonio, sed tamen vel adulterato vel de adulteratione suspecto, aut qvoq; per divortiũ jam soluto, seu desertionẽ malitiosam debilitato; etiã contra ipsam matris professionem: Qvæ adeò fortes sunt, ut in altero casu filius præsumatur ex marito natus, etiamsi uxor de adulterio sit convicta, qvia etsi sit adultera, tamẽ Lex nõ præsumit filium in adulterio natum, sed ex marito, cũm illa præsumtio partui favorabilior sit. Imò *Gozadin. Consil. 13. n. 5.* dicit: Si maritus uxorem absq; Judicio Ecclesiæ dimiserit, illaq; posteà in lupanari existat, qvòd filius ex eâ debito tempore natus arguatur esse legitimus. Et in altero Casu, siqvidem Lex excludit Probationem in contrarium, qvæ fit per matris (etiamsi illa insuper viri alleget impotentiam, qvâ de nec ad judicium provocare poterat, qvia ipsi deficit probatio, qvam conjugum pudor efferre non sinit. *Brandmyll. in Diff. J. C. & Canon. p. 153.*) Aut patris Confessionem, & præsumit eum esse legitimum filium, qvem Nuptiæ demonstrant, Scriptores communiter Regem illum stultitiæ delegant, qvi ad matris enunciationem; qvod ex adulterio natus esset, Regno se abdicaverit. *Arnisæ. de Rep. & alii.* quemadmodum nec servum matris professio efficit. *l. 63. C. de Liber. Caus.* non magis qvàm qvi & ipse seu casu seriové, seu, ut hodiernis moribus, ex urbanitate servum alicujus se scripsit literisvé subscripsit, obligatur: *L. 6. C. de Liber. Caus. Parlad. rer. qvotid. p. m. 216. n. 45. Cùm sciamus nostra Jura nolle præjudicium generari cuiqvam circa Conditionem, neq; ex Confessionibus, neq; ex Scripturâ. l. 22. pr. C. de Agric. & cens.* Indeq; nec Nobiles indebitã Urbariis suis (ut vocant) nisi ritè confectis, personalem adversus Rustícos suos comprobare servitutem possunt. *Moller. Semest. L. 1. c. 27. n. 1. seqq.* Sed qvia utraq; non ita adæqvatè huc pertinent, illa plenè videantur alibi apud alios, vel *Gail. in Observat. Cæsall. Tr. de Cognit. per Viam Violent.*

V.

BREVIARIA.

26. *Adsinia Regenerativorum Remediorum citantur, & ordinariis privilegiis suô modò adpenduntur.*

27. *Injuriæ ac diffamationes vindicandæ.*
28. *Innoxios leges defendant.*
29. *Diffamationis judiciô, ùt necessariò alteruter Infamiam reportet; ita uterq; potest declinare.*

§. 26. POstremò si demus hoc cum Bachovio *V. 2. D. 32. thes. 6. lit. G.* Vulgato errori, cui arcenda hînc loci sunt principia Juris Romani, & ea qvæ moribus inducta, advocanda; Juxta qvæ per Recantationem fiat Restitutio famæ ablatæ, boni illius externi fortunæq; maximi. *Hahn. in ff. W. de Injur.* & qvòd per diffamationes & Injurias illatas alterius famæ detrahatur, & qvædam infamia irrogetur, hincq; Status dubius ac incertus, qvoad vix est, ut non ejus, cujus opinio gravatur, caput deminutum videatur, *Hillig. Don. enucl. L. 18. c. 10. p. 347.* Restauratione indigeat. *Freher. de Fam. L. 2. c. 17. n. 5. seq.* Cùm opinione vulgi, qvi injurias illatas non ulciscitur, eas agnoscere & Injuriâ illatâ dignus esse existimetur; qvod apparet ex notissimis opificum statutis, secundum qvæ Injuriis affecti communis consortii usu excluduntur, usq; dùm idoneam sibi satisfactionem fieri curaverint *Bachov. 2. 30. ult. A.* Qvia tamen ob rem nondum judicatam adhuc in suspenso lis est, *Ordin. Imper. Tit. 38.* ideoq; *impropriè* Superioribus judiciis accenseo, accenseo tamen, qvia, etsi alicui restitui illud dicatur, qvod ablatum est; honor autem & fama ante probationes & Sententiam, Judiciales, verè ablata nemini sint: *Recess. Imperii de Anno 1548. in fin. Tit.* Von Handwercks-Söhnen / Gesellen *&c. & de Anno 1577. d. Tit. 38. §.* Es sollen. Ubi disertè disponitur; Daß der jenige/so geschmähet worden/ keines weges soll außgetrieben/sondern bey seinem Handwerck gelassen werden / und die Handwercks-Gesellen mit und neben Ihm zu arbeiten schuldig seyn / so lange biß die angezogene Injurien und Schmach gegen Ihme wie sich gebühret/erörtert wird. & *l. un. C. de Famos. Libell.* apertè cautum est, qvòd durante controversiâ criminatio non pro verâ & legitimâ, sed potiùs pro falsâ & illegitimâ præsumatur atq; habeatur; Eâdem Juris ratione, qvâ is, qvi de Statu suo litigat in possessione Libertatis constituitur, & donec definitivè pronuncietur, pro libero habetur, nec possidetur ab eo qvi se Dominum dicit; *l. 14. C. de Liber. Caus.* Illudq; tùm in actionibus, tùm in exceptionibus diligentissimè observandum est Judici: ut, qvô Statu qvis reperiatur tempore cœpti judicii, eò debeat manere ac talis reputari donec aliud fuerit pronunciatum; *l. ordinatâ. in pr. ff. de Liberal. Caus. l. lite ordinatâ. C. eod. Oldendorp. Class. 3. act. 9.* Et hoc est, qvod *L. XII. Tabb.* cautum erat, ut in Causâ liberali vindiciæ darentur secundum Libertatem, (en tibi hujus Sapientiæ fontem!) i. e. ut, qvi de Statu litigat, in possessione Libertatis constituatur. *Cujac. L. 18. obs. c. 23.* qvia cùm Servitus opponatur contradictoriè Libertati, tertium nullum inter utramq; datur; *l. 1. in fin. pr. C. de Latin. Libert. toll. l. 9. ff. de Stat. Liber. l. 11. ff. de Legat. 2.* Ut enim injuriam passus fiat infamis ab illo qvi intulit, absurdum esset, hoc in privati esse

esse potestate; qvæ ratio est à priori, qvia Infamiam facit lex, cùm tale qvid notoriè commissum est, qvod nullâ judicis Sententiâ expectatâ leges non aliâ pœnâ, qvàm probro & ignominiâ dignum judicant: vid. *Ant. Perez. in C. Ex qbibus Caus. Infam. n. 4.* Sententia & turpe factum, secundum *not. ab Hahn. in ϖ. W. de his qbi not. Infam. l. 1. ff. eod. l. 18. C. ad L. Jul. de Adulter. Ant. Matth. de Crim. p. m. 865. in fin.* & genus pœnæ; Ut qvia jussu Prætoris fustibus qvis cæsus sit. *Additionat. ad Pr. Cr. Clar. §. Testamentum. q. 25. vid. Hilliger. in Donell. enucl. Lib. 18. c. 6. p. m. 289.* & Causas infligendæ ipso Jure Infamiæ, *eundem p. 290. c. 7. unde Freher. L. 2. c. 10. n. 6.* monet: Advocatos scitiores in Libell. act. Injuriar. ponere: *Conatus est, qvantum in se fuit, honorem meum violare*; non, *violavit.* Ratio est, qvia Injuria ad infamiam fieri dicitur, *l. 1. §. 2. ff. de Injur.* Infamandi causa. *l. 15. eod.* minuendæ opinionis causâ. *l. 3. C. eod.* Verè autem famam non tollit vel inqvinat injuria, *d l. 3. & textt. alleg.* aliàs Injuriatore ante satisfactionem defuncto injuriatus infamis maneret, vel ipse priùs obiens sibi illam sepulchrò servaret; qvod piè non credendum. Nihilominus tamen Restitutio hæc famæ & honoris, qvæ fit recantatione Injuriantis, & judicis Sententiâ, eò pertinet, ut excutiendo libidinem & propositum Injuriatoris, ostendatur publicè, illatam ab ipso Injuriam nihil officere existimationi diffamati, utq; id omnibus, maximè vulgo innotescat, & opinanti per Injuriam alicui factam, ejus famam & honorem diminutum & violatum esse, de innocentiâ constet, ut sentit *Dn. Speckhan. Cent. 2. Class. 3. q. 8. n 11. seqq. Dn. Hahn. præf. loc. de Injur. n. 18.* qvòd acqvisitis his tantis alicui personalibus commodis, *Natt. Consil. 163. n. 4.* ac reparatis denuò, an ut illîc plurimâ qvidem ex parte, precariò sibi qvasi rogatis; Sed & vel omnium qvoq; ingratiis & nullo aliorum facto emendicato jam pridem possessis propriisvé hâc honestatis orâ bonis, ultimùm tandem Astræá sollicita (uti in terminis loqvitur *Blarer. in arg. n. 1. in fin. ad L. Diffamar.*) acri præstitutâ tuitione consuluit, & eò hæc præjudicia mirificè adjuvit & auxit; qvòd congruis illa acerrimisq; Actionum ac Vindicationum præsidiis *§. 13. Inst. de Act.* subseqvô modò stipavit: Ut * qvoties qvem fortè levis armaturæ perditæq; cohortis, §. 27.
hominem modestiæ nescium & pudoris ignarum *l. un. C. Si qvis Imp. maledix.* malesanus error in hanc rabiem impellat, ut alienam Libertatem aut honestatem discrimine, contumeliâvé crediderit lacessenda, *d. l. un.* ac temerè percusserit famam ingenuitatemq; vexârit malignè; *l. 5. C. de Ingen. manumiss.* An autem malignè, &, horum omnium sivè sint dicta sivè facta, an pro-per Contumeliam in aliqvem-conjectis habeantur, elidi ex Conjecturis præsumtio

poteſt

potest ac debet; qvarum vel una nobis hîc sumitur à qvalitate personarum, qvæ vel Jus qvoddam habent, aut sibi usurpant pro concesso, alios perstringendi; ex qvô Magnates Dominiq; mimis suis libenter ignoscũt, qvia ii de actionibus liberæ mentis suæ neq; solent argui, neq; teneri injuriarum: aut imperandi Potestatem; adeoq; emendandi potiùs, qvàm injuriandi animo processisse intelliguntur, veluti Parentes, Præceptores, conjunctæ personæ; nisi hæ injuriam orsæ fuerint atrociùs. Ita ut actus per se injurioſi, & animus simul injuriandi probari possint. Qvoniam potest & qvis rebus indifferentibus ad convitiandum abuti: *Bachov. ad Tr. V. 2. D. 30. th. 5. B.* Sicuti vice versâ: *Omnia munda mundis; C. Dominus. c. 1. q. 1.* prout facta fides veri, qvam leges intelligunt intentionis & allegationis *l. 1. C. Qvor. bonor. l. 5. C. de Codicill. l. 3. C. de Fideicom.* rem declaraverit. Continuò talis inevitabili nexu diffamationis ac Injuriarum pœnalibus judiciis adstringatur eô ordine ac modô, qvô liberalia priùs decidi *l. 2. 3. 4. 6. 7. C. de ord. Cognit. l. 18. C. de Evict. l. 26. C. ad L. Jul. de Adulter.* deinde Criminalia præ civilibus oportet, *l. 33. C. eod. Frider. de Proceſſ. extrah. Lib. de contin. Cauſ. c. 11. n. 6.* nec nisi accepto suggillationum gravi merito; Nam qvi per Calumniam Statûs alicui controversiam movet, potest criminaliter accusari, secundum *l 31. C. de Liberal. Cauſ.* cùm interdum ad paria judicentur, capitis accusare & in servitutem petere. *l. 14. pr. ff. de Bon. Libert. l. 6. §. amplius eod. Treutl. V. 2. D. 9. th. 2. lit. G.* & famæ & Injuriarum causa sit criminalis. *l. fin. ff. de Injur. Hahn. in ϖ. W. n. 3. de Injur. aliiq; paſſim eod.* Culpa autem pristina, præsertim literis venialibus aut priùs supplicibus libellis à Restituente & restituto inserta, vetatur etiam reo deinceps, probrumq; objici. *Nov. 139. c. 1.* Magnificis verbis ubi Imperator infit: *Nemo autem his, qvi à Nobis nostrâ dignati sunt indulgentiâ, aut eorum uxoribus, existentibusvé vel futuris filiis aut bonis, sivè ex judiciariâ Sententiâ, sive alio qvocunq; modo inqvietudinem inferat.* Qvalitas enim, qvæ à Subjecto discessit, maximè postqvàm nova & contraria supervénit, non nisi falsò aut ineptè de Subjecto prædicari potest; nonnunqvàm & injuriosè, scilicet in personalibus, causa qvæ rediit ad non causam, *Odd. q. 99. n. 75.* repetitur, qvemadmodum Jure contrarium pronunciari, oriq; honesto vacari debebat, ut hîc. Cùm neq; vocabulum inhonestum ei de cætero ampliùs inhæreat, ut verba sunt *l. 23. §. 1. in fin. C. de Nupt.* & pro honesto reputari debeat, pro habiliq; æstimari, qvem Princeps restituit. *Odd. q. 92. n. 80. Clar. §. Injuria. n. 1. Franzk. §. 1. n. 17. Inſt. de injur.* quare objici ei ex inde crimen infamiæ neqvit; ut in formul. Restit. apud *Cassiodor. 3. var. 46. & Freher. c. ult. n. 10. & seqq. de Infam.* videre est. Objiciens autem alicui crimen post Restitutionem à Principe factam, Injuriarum tenetur, qvia nullo modo Reip. interest, crimen objectum detegi, ut illud puniretur, cùm Principis gratiâ remissum & extinctum jam esset. *Crabett. Consil. 168. n. 3.* Nihil patrocinante illo:

qvòd

qvòd *qvem Princeps restituit, notet*; nec Indulgentia Infamiam criminis tollat, *l. 3. C. de Generl. abolit. & Vulgato illô: Pœna potest tolli, culpa perennis erit*: Et qvòd infamiâ facti ejusmodi homines medicati apud graves & honestos Viros plerumq; maneant gravati & ἀπεχθήμονα τῶν βεγτῶν; & qvod non exigua sit infamia, illaudari à laudatis; ut scitè *Alber. Gentil. de Actor. fabul. c.* 14. & qvòd probra non tantùm definiantur lege, sed & moribus & Opinione hominum ingerantur; *l. Probrum.* 42. *ff. de V. S. l. Cognitionum ff. de Var. & Extraord. Cognit.* Porrò Princeps maculam factiâ Jure naturæ impressam suâ autoritate eradere & tollere non possit, *l. 2. §. 1. ff. de Usufr. ear. rer.* multô minùs opinionem hominum de bonitate alicujus vel malitiâ sedentem removere, aut cogere, aut regere, ut credant esse bonum, qvem penes se singuli perhibent esse malum, juxta illud *c. 8. Semel malus semper præsumitur talis. de R. I. in 6to.* Qvibus omnibus fortè moveri se passus est *afflict. in tit. de Pac. Jur. firm. paragr. Injuria. n.* 81. ut hanc Iris redivivis contra contumeliam dicentes actionem, sed perperàm, negârit: Respondetur enim, qvòd nihilominùs Princeps infamiam Juris, *l.* 1. *C. de Sent. pass. & restit.* & si ei placeat, finq; hoc exprimat, etiam facti, qvoad effectum Juris, scil. agendi, dignitates petendi, testandi, delere ac demere possit; Ut naturam rerum civilium qvadantenus immutare, Substantialiaq; unius rei applicando alii, *arg. l. 2. C. Commun. de Leg. & fideic.* & de nullô omninò aliqvid facere *l. un. pr. C. de Rei uxor. act. C. reverâ. de Consecrat. Dist. 2.* qvîn omnia verbo solo efficere, *l. fin. C. de Consul. l. 1. C. de Metropolit. Perez. in C. de Athlet. in fine.* Qvanqvam non eâ id ratione, ac falsò de Pontifice prædicat; qvasi huic competat potentia faciendi aliqvid ex nihilô seu qvod non est: atq; gloriatur *gloss. in C. qvanto. verb. Veri Dei vicem. X. de Translat. Episcop.* Ut hanc opponenti replicare sanatus qveat de obtentâ Restitutione, qvæ omnem delicti maculam exterserit. *Odd. d. Tr. q.* 96. *n.* 9. 13. *&c.* Exceptâ meretrice, etsi esse desierit actu, ad testificandum inhabili semper tamen victurâ. *Bened. Ægid. Tr. de Privil. Honestat. art. 4. n.* 9. propter perseverantem Infamiæ notam, *l.* 43. *paragr.* 4. *ff. de Rit. Nupt.* etsi à meretriciâ vitâ ad castam & honestam resurgat. *Benedict. Ægid. d. Tract. art. 4. n.* 9. *fi.* ac recreatione innocentiæ terminandis. *d. l.* 31. *Perez. eod. tit. n.* 8. & juxta *textt. & DD. titt. de Injur. & Famos. libell. & cit. l. diffamari. 5. C. de Ingen. manumiss. Mund. in eand. & Tr. de Comit. Palat.*

* Nec diu ambigamus hîc, num injuriam passus possit petere, ut Judex condemnet Injuriantem ad veniam petendum & se disdicendum, utq; dicitur, ad Palinodiam canendum? *Rittershus. L. 6. de Diff. Jur. Civ. & Can. c. 4.* Qvia licèt Palinodia sit Jure civili ignota, non seqvitur tamen eam esse rejectam; Et sufficit, qvòd moribus ea sit & Jure introducta Canonico. *Brand-* §. 28.

myller. in Diff. p. 156. & qvòd æqvitatis hoc munus fit, qvæ ſuadeat fieri reſtitutionem famæ & honoris illis, qvi ejus læſionem propter convitia indignè objecta ſunt paſi; cùm multô major ſit amiſſio honoris, qvâm ipſa ſpoliatio rerum; ita ut ſi hôc modô ſatisfactum non fuerit, non poſſit reus fidejuſſoribus relaxari: cùm pœna ſit corporis afflictiva. *Plaz. in Epit. delict. c. 1. n. 27. in fin.* Et ſi iſta disdicta per conſvetudinem non ſervetur, aut freqventer omitti tentetur, alia tum maxumoperè pœna pro arbitrio judicantis convitiatori inferatur; dicit *Covarruv. L. 1. Var. reſol. c. 11. n. 4. verſ. verùm ut ad propoſ. qvæſt. Fiunt enim Leges, ut earum metu humana coërceatur audacia, tutaq; ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrenetur nocendi facultas. Diſt. 4. c. 1. l. 2. C. Qvi Teſtam. fac. poſſ.* Cùm par ſit, ut qvi alteri publico judicio infamiam inurere per Calumniam ſatagit, eandem ipſe maculam ſuſtineat. *l. fin. C. de Calumn.* Nam omnia judicia publica infamant. *l. infamem. 7. ff. de public. judic.* cùm infamia pœna ſit, *l. 1. & tot. tit. ff. de his qvi not. & C. de Infam.* & potiſſimùm ex principiis formalibus à juſtitiâ manantibus originem cæperit: & circa legis formam verſatur ad id, qvod juſtum eſt, rectâ ratione ac viâ inducen-
§. 29. dum, ut ſuum cuiq; tribuatur. *Hahn. in π. W. n. 9. h. t.* * Et ut maximè hâc motâ actione Judex honori ac famæ reſtituere actorem principaliter ſoleat, & talio obtinere pœnalis: *Weſ. π. de his qvi not. n. 5.* attamen illâ ut debuit potuitvé, non ſemper reum privavit, ſed & qvandoq; etiam ipſi injurioſo, ut ſummè opus habet, cùm regulariter injuriarum condemnatus infamiâ notetur; text. eſt *in l. 1. ff. de his qvi not. & in l. athletas. 5. fin. ff. eod. cum ſimilibus.* niſi levis ſit ac modica *C. cum te. X. de Sent. & R. I.* de Jur. Canon. ſecus de Jur. Civili, qvô de & pro levi & exiguâ indiſtinctè notatur. *Brandmyll. Diff. Jur. Civ. & C. p. 156. pr.* & timere habeat, ne dedecori ſibi futura ſit ad Palinodiam adactio: *W. in π. n. 18. de Injur.* honorem expreſsim reſervat. *Bachov. ad Tr. V. 2. D. 30. 9. ult. in A.* Daß Ihme ſolches an ſeiner Ehren unnachtheilig. Utriq;: Daß keinem Theil die für ſchmählich angezogene Wort an ſeinen Ehren nachtheilig ſeyn ſollen. *Bocer. Tr. de famoſ. Libell. c. 4. n. 26.* Et ita in Praxi obſervatur. Qvod an de Jure Prætor facere poſſit? Videſis controvertentes *VVeſenb. & Hahn. in* ꝛc. *n. 19.*

de In-

de Injur. & ille Consil. 22. n. 26. ubi reprehendit *Zasium*, qvi *in l. acta. 47. §. de amplianda. ff. de Re jud.* statuit, qvòd Judex qvi in aliqvem fert Sententiam ex ratione Juris infamantem, non possit ei conservare famam, etiamsi adjiciat in Sententiâ, qvòd ea non debeat nocere parti condemnatæ in famâ suâ. Qvidqvid sit, ut res plana de Jure Civili nemini non videri possit, eò qvòd *tùm* regulariter Injuriarum condemnatus infamiâ notetur; *per textt. modò alleg. tùm* qvòd hujusmodi reservatio honoris non fiat in Sententiâ condemnatoriâ ad æstimationem Injuriæ; *Gail. 1. obs. 65. n. 7. tùm* qvòd extet regula *in l. 63. ff. de Furt.* ubi negatur Præsidem Provinciæ efficere posse, ut Furti damnatum non seqvatur Infamia: Et idem de Injuriâ *Macer. in l. 40. ff. de Injur.* docet: Non posse Decurionem ita Injuriarum condemnari, ut tamen maneat in ordine Decurionum: Neq; verò appareat commoda differentiæ ratio inter actionem Injuriarum & furti: Qvinimò hæc in utroq; judicio decidendi ratio militet: qvòd Sententiæ naturâ suâ infamantis effectus arbitrio Magistratûs mutari & inhiberi non potest. Nam si sola facti qvæstio in arbitrio judicantis est, pœnæ autem Legum autoritati reservantur, qvî poterit Reo, Lege urgente Infamiam, existimationem conservare Judex? At solam facti qvæstionem in arbitrio judicantis esse, non etiam pœnæ irrogationem, apertè traditur *in l. 1. §. qvorum. ff. ad SCt. Turpillian. l. 15. ff. ad Municipal. l. 5. C. Ex qvib. Caus. Infam. Ant. Matth. de Crim. p. 337. n. 21. & p. 762. pr.* & nos supra *Period. II. n. 9. hôc Memb.* posuimus. Et opponuntur in non paucis qq. Prætor sive Magistratus, & lex mortua: & aliud Legis, aliud Magistratûs est interdictum. Tamen ita stylus judicii recepit, qvi pro Lege servandus est. *Gail. d. obs. 65. n. 8. per textt. ipsi allegat.* De privatâ injurias ulciscendi autoritate vid. *Volz. in Tr. ad T. ff. ad L. Corn. de Sicar. p. 239. in addit. Grake Tr. de Privat. Autor.* & utrùm cùm internecione Vilis Injuriatoris per nobilem ac dignitate spectabilem suscipi possit. *Christian.* Kremberg *Tr. de Neces. defension. &c.* Simpliciter negat *Sutholt. Coroll. 17. ad Dissert. 19. Instit.* parisq; Duello: acriter invehitur *Bachov. V. 2. D. 32. §. 6. lit. G.* & rectè, qvia timor infamiæ Edicto restitutorio *l. 7. ff. Qvod met. caus.* non continetur, & justa causa homicidii, ex eôq; Restitutionis esse negatur, nec duellum est licitum, etiam Jure Romano *l. un. C. de gladiat. Const. Carol. art. 140.* multò minùs Jure Canon. *C. 1. & 2. X. de Cler. pugnant.* cui plus standum est, qvia hîc vertitur periculum animæ; *C. fin. X. de præsc. c. 1. X. de Nov. op. Nunc.* junge omninò *Brandmyll. in Differ. Jur. Civil. & Can. p. 145. pr.* Si tamen Nobilis insultatus à Rustico eum occidat, cùm fugere poterat, non puniri

niri illum debere pœnâ ordinariâ homicidii, eò qvòd fuga turpis sit homini nobili & contra ejus honorem, tenet *Bart. in l. ut vim. n. 10. ff. de Just. & Jur.* videatur tamen *Ant. Matth. de Crim. p. 537. n. 7. in fin.*.

VI.

BREVIARIA.

30. *Concluditur* PRÆSENS NEGOTIUM *cum Intimatione* FUTURI.

31. *Nugatoria verborum tàm accuratio, qvàm impotens multitudo obiter coërcetur, rejicitur ac dissvadetur.*

32. *Ratio in hunc modum occupatæ Tractationis redditur.*

33. *Qvam Jure fundatam ipsæ leges ob Præfationum utilitatem approbant, tenentq;.*

34. *Deprecatio alienæ curiositatis attexitur, &* FINIS.

§. 30. QVoniam igitur hæ ipsæ, qvas hîc ordinè modò enumeravi, qvæq; his possunt genuino nomine annecti specialiter (cùm non omnes inibi fortè tetigerim acu!) legalium refocillationum causæ, insignem invicem necessitudinem atq; cognationem qvasi contractu continentiâq; involvere, jugiq; pondere hominis, qvà vitæ incolumitatem, qvà conditionem *l. 9. ff. de Stat. hom. l. 19. ff. de R. I.* ubi conditio & qvalitas ejus, qvi se in obligationem deduxit, spectanda est, num sit vitiosa nec ne, talisq; veraæ an putativa? *Sichard. ad L. 1. C. de Testam. n. 2.* ut cum eo agi possit. *l. si servus ff. de diverss. & tempor. præscr. in Prat. in R. I. L. 4. t. 12. c. 2. Dn. Schröter. in animadverss. 6. 97. Dissert. 1. in Inst. Sutholt.* per qvàm alteri devincitur qvis vel non; *l. 3. verb. ad Conditionem. C. de Nat. Liber. Zoes. in X. L. 3. t. 35. n. 1.* Et integræ frontis homóne, qvis sit? *l. 13. in fin. ff. de Test. l. 4. ff. de popular. act. Hillig. Don. enucl. L. 18. c. 10. p. 347.* Ob eine Person ehrlich oder unächt sey? Infamem enim esse, & est de hominis conditione & de sui vitio: sive ex notâ servili. *Petr. Fab. 2. Semestr. 12. p. m. 182. seq.* seu alterius infamiæ illud sit; vel ex delicto, ut explicant *l. 22. §. 1. ff. de Testam. junct. §. 7 Instit. eod.* teste *Sutholt. de - ab eo allegat. Dissert. 7. paragr. 45.* ut omnes ii improbi, inhabiles & intestabiles sint; qvi vel de crimine publico damnati; ut ob hæresin ejectus, aut de eâ judiciô adfectus. *Abth. credentes. C. de Hæret. Vigl. ad §. Testes. 6. Instit. de Testam. n. fin. & Bachov. n. 3.* & ob Carmen famosum. *l. 21. pr. ff. de Testib.* ut & mulierbria passi, bi enim ipso Jure infamis sunt conditionis. *l. cum vir. C. ad L. Jul. de Adulter* nisi per vim stuprati sint. *l. 1. paragr. 6. ff. de postul.* Immò & privato damnati judicio, veluti furti, bonorum raptorum, aut injuriarum, si damnationem infamia

seqvatur

seqvatur. *l. 13. ff. de Testib.* aut ex sordido vitæ genere, uti Lictores, Carnifices. *Bodin. 3. de Rep. 3. n. 285. &c. C. 8. n. 361. Petr. Greg. Synt. 31. c. 38. n. 5. & 6. vid. Hahn. in ϖ. W. n. 2. de His qbi not. Infam.* aut ob solam Injuriam corporis, ut Evnuchi, Castrati, vi stuprati, si rectè *Freher. L. 3. c. 23. n. 18. de Infam.* Vel Originis, ut Spurii, incestuosi, *Freher. d. c. 23. n. 20. add. Supr. Membr. I. Per. IV. n. 13.* Deniq; & Reatum esse Statum & Conditionem, in qvâ Rei sunt, donec vel absolvantur, vel condemnentur. *Olim inter Reos relati in Conspicuâ & miserandâ calamitate erant, capillo summisso, qbem non anteà fas erat rescindere, qbàm omnium Sententiis absolverentur, squalore & illubie confecti, promissâ barbâ, habitu sordido, pannoso & misericordiæ aucupatore,* notat *Budæ. in l. si diutino ff. de Pœn.* Ut hactenus *privativè*, qvatenùs hæc est hominis depravata conditio, statusq; deperditus, qvà illi nec Vita, nec Incolumitas tuta, qvà Libertas ei, & Existimatio nulla, *Hillig. in Don. Enucl. L. 2. c. 9. litt. S. T.* medendam, nec minùs & *positivè* acceptam, fovendam, eodem veluti funiculo secum trahere mihi visæ. Statu enim mutato, mutantur & Jura, nec æqvaliter cum integris Capite minuti jurium participatione gaudent civilium. Ecqvam enim viles, ut olim ancillæ, hôc tempore meretrices, corruptæ, infames, siqvidem in istis oppressio non sit violenter peracta, honoris prodacti habent persecutionem? perqvire penes *Wesenb. in ϖ. n. 6. & 8. ad L. Jul. de Adulter.* qvam novæ Vitiationis de auctore (secundo stupratore) conseqvuntur pœnam? qvòd nullam extant *l. 22. l. 23. l. 29. in fin. ibi: qbas bitæ bilitas dignas Legum observatione non credidit. C. eod. bid. Clar. Pr. Cr. L. 5. §. Fornicatio. n. 2.* Bannitus Securitatis ipsiusq; vitæ qvem vindicem? Cùm non habeat personam standi in judicio, qvia ex Constitutione Imperii *Part. 2. t. 9.* ad agendum factus est inhabilis. *Gail. L. 2. c. 6. & 12. n. 8. de Pac. publ. & alibi in obs.* Easdem nimirum succesivis subinde vicibus, curto at certo qvodam qvasi manso, diversis tamen arationibus, defunctionibusvé, dum primis hisce labris atq; buccellis degustare qvidem oleum meum avebant universæ, at saturari eô singulæ adspernabantur, circumscribere, & sub præfixæ Inscriptionis titulum, ac tentorium seorsim aut simultaneè reinvestiendo, qvasi Jure, qvô vel pretium potest emptioni destinatum in aliô loco reinvestiri, qvando in uno loco contractûs adest magna difficultas reinvestiendi, ut allusivè loqvar cum *Gratiano Discept. Forens. c. 229. Summar. 39.* redactas, angustis paucisq; his & illis pagellis inclusas gratâ brevitate, si non limatâ artificiositate, aut pro sui nodositate reconditâ verborum subtilitate aut justâ nervositate enucleare, pro Ingenii tamen parvitate aut externâ facultate ad veritatem, qvæ verborum adminicula non desiderat *l. 1. C.*

Si Min. ab hær. se abstin. magisin rerũ ac juriũ succis volutari, qvàm in dictionum allium ac tunicatum cœpe olentium *Hering. in præf. ad Tr. de Fidej.* foliis ac floccis gloriari svetus & commonefactus

§. 31. *l. 41 pr. ff. de Jur. dot. Vantio in præf. Tr. de Nullit.* * Qvia turpe disputationibus in verborum qvæstione immorari, cùm certamen nullum de rebus remanserit, *Grot. 2. de Jur. P. & B. in not. C. 20. n. 23.* & an res aliter demonstretur qvàm per nomen, nihil interest. *Dn. Præs. in Præloq. §. 4. Disp. de Act. Emphyt. post all. ibi textt.* Neq; enim verbis leges sed rebus impositæ sunt. *l. 28. C. de Usur. l. 2. in fin. C. Commun. de Legat. l. 3. C. de Liber. præt. l. 1. C. de Latin. Libert. toll. l. 3. §. 9. ff. de adim. Legat. l. 9. C. qværes pign. Wurms. Nucl. Jur. contr. p. 562. n. 9.* Qvamobrem si qvà fortè ea res compedes publicis qvoq; aliqvando tractatis injectura esset, magni mihi hîc sit Magni illius unitarum Provinciarum Præsidis Jannini Consilium: *Ne de Vocabulis Partes litigarent; qvippe vacua hæc esse, si DEus, causa & dextra defuerint; sin adfuerint, vocabula facilè rem seqvi;* apud *Zyp. de Jud. L. 4. c. 21 n. 6.* Ut taceam, qvòd & ad proprietatem Sermonis & ad tacitum sensum expendendum, non unum verbulum, sed totus sermo, phrasis & ductus orationis inspiciendus, vibrandusq; sit. *Molin. ad L. 2. pr. n. 67. ff. de V. O.* Hinc legem scire, non est verba legis tenere, sed mentem: *l. 17. ff. de LL.* Et Theopompus Platonis olim arrogantiam habuit in ridiculo, qvòd omnia definire in animum induxerit. *Arian. L. 2. Dissert. Stoic. c. 17.* Nec abs re: Si disciplinæ ideò sint addiscendæ, non ut lateant in pectore, instar thesauri absconditi, sed ut ad Remp. doctrina feratur, turpe profectò, omni Salutis publicæ curâ abjectâ subtiles jactare nugas, & fumo usq; argutiarum sordere, iisdemq; conspurcatum gestare cerebrum, qveis tandem insigniter segnes & damnificati, nedum ad rerum negotia obeunda inepti, cum Duareno id de seipso conqverente: In definitione Judicii explicandâ cum aliqvot divisiunculis integrum se annum consumsisse, & demum compulsum fuisse desistere & susceptas (puta stultitiæ) deserere vices; (ita ita verum est: Abusus Dialecticæ, tendiculæ sunt, qvæ non tâm vincula sunt appellanda qvàm Phantasmata, i. e. umbræ qvædam & imagines, qvæ citò pereunt, atq; solvuntur; qvod verebatur *C. 4. Dist.* 37.) & nosmet valedicere cogimur. *Bullæ. in Diss. de Pact. Adfirm. pr. Turpe est, difficiles habere nugas: Et stultus labor est ineptiarum.* Sonat illud Catulli vulgatum. Qværerem & ex istis Logodædalis, si tempus ferret: Cùm plura sint negotia qvàm vocabula, *Men. de Ret. poss. Rem. 3. n. 462. arg. l. 4. ff. de Legat. 1.* Longa autem, ubi omni verbo immori velint, mora trahatur, multumq; freqventer, dum de eâ haut citiùs secum conveniunt, qvàm de mundo fœminæ, qvæ dum pectuntur, dum comuntur, annus est, tàm anxiæ concinnationi impedimenti injiciatur, qvousq; unqvam verâ in scientiâ prorepant, qvando hanc ad frugem perducant, donec inani illâ perstricti proh! nimiùm remaneant simplices, atq; qvod vulgò literatis (verenè talibus an suo generi?) objicitur; *adres peragendas*

das inepti? Arniſæ. L. 2. de Rep. c. 3. S. 3. n. 13. Nec tamen tandem mercedem aut utilitatem in munere qvoq; verborum ſuperfluitas habet. Non in Advocatiâ; qvandoqvidem in cauſæ peroratione non habeatur foliorum & loqvacitatis; an pullatis nugis pagina turgeſcat, ſed potiùs doctrinæ (nî modò allegationum cumulos ad pompam ſæpiùs, qvàm qvòd cauſæ meo rita poſcant, effundentes vanam doctrinæ laudem aucupemur. *Lanc. Polit. de Off. Advoc c. ult. n.* 10.) & ingenii ratio, veræq; diſertionis. *l. 9 in fin. Cod. de Advocat. diverſ. Judicum.* ac facundiæ. *l. 7. pr. eod.* inprimis *l. 1. §. 10. ibi: pro Advocati facundiâ. ff. de Extraordin. Cognit.* (pro qvâ Salarii Advocatorum conſtitutio relinqvitur arbitrio Principis. *Menoch. de Arbitr. Jud. juxt. d. §. 10. caſ. 514. n. 9.*) an nimirum pertinentia vel impertinentia ſcripſerit Advocatus nec-ne; & conſideretur qvid ſcripſerit, non qvantum ſcripſerit; verba non numerari, ſed res ponderari debent. *Gail. 1. obſ. 152. n.* 2. Vera Jurisprudentia reqviritur, non Sophiſmatibus verſa atq; perverſa. Non in cortice verborum, ſed in Cute Juris-prudens; qvi in promtu habeat legere ſcrutabiliter, non tranſitoriè. *Zypæ.* ingeminato *Tr. L. 1. c.* 22. cujus ſunt bina hæc verba *n.* 1. & 2. Inqvam, ſincerè ac realiter delineare, atq; impræſentiarum præcurſorias haſce articulationes ſeu proœmiales potiùs coacervatiunculas non unâ de causâ per ſolitudinem ceu ὑπόθεσιν, *l. 4. C. de V. & R. S.* exhibitas in initia præmittere, & qvaſi primi agminis loco oſtenſas, manipulariter ante plenam aciem reviſui & prælio ſiſtere mecum ſtatui. *Ideò autem (ſi qvis hoc ſcire geſtiat!) §. 32.
Themidæam hanc latiori laxioriq; paulùm titulo hocq; Prologo peculiari, vicemq; ſingularem juſtæ alicujus diſputatiunculæ ſuſtinente Machinam præliminando ſummandoq; in anteceſſum ſtatim repræſentare orſus ſum; totam verò etiam rem ordine extentiori ſuſcipiendam qvòd duxerim, & prætenſo (Veterum judicum more, tribunali *Maggeus Lib 2. Miſcella. c. 13.*) qvaſi velo ulteriorem cauſæ cognitionem adhibendam cenſuerim; deproperatis his præparatis indigitare volui. Hoc ut Epitomalis hæc complexio ac compilatio è ſui naturâ veniam ſibi eò faciliùs conſeqveretur; illud, ut nomen novantiqvæ materiei, ex abſtruſo ac arbuſto erutum, nec tamen eâ facie, aut id eò velim acceptum, qvaſi rem claram admodum & manifeſtam ipſe videar in dubium revocare; *Natt. Conſil. 301. f.* aut qvicqvam malè demeriti hinc ex arrogantiæ alicujus in dicto vel facto viventis admetione ſperem, vel alterius inconvenientiæ aut turbinis argui, inſpicientis qvàm mox oculis lucidiùs, intellectuiq; innoteſceret, & initium hoc generale in-*

tentionem constructionis & ipsius structuræ meæ eò luculentiùs demonstraret. *l. 9. §. Et licet. ibi: initium constructionis.* Cùm, ut qvæ sit agentis intentio pleniùs agnoscatur, propositum ille in principio protestetur. *C. Consulti. in fin. X. de Regular. & transf. ad Relig.* qvia ex Prodromo colligi solet, qvæ sit causa finalis & subsecuturæ dispensationis. *arg. l. f. ff. de hæred. Inst. & d. l. concord. 9. Natta Consil. 104. n. 3.* Et præordinatio in futurum inducit præsentiam futurorum. *Godofr. in l. 141. §. 4. ff. de V. O.*

§. 33. * Namq; nisi fallor istæ præfationes & libentiùs nos ad dilectionem propositæ materiæ perducent; & cum ibi venerimus, evidentiorem præstabunt intellectum: *gravissimè inqviente Cajo, in l. 1. f. ff. de Orig. Jur.* Hinc in Jure nostro multas leges cum causâ impulsivâ & finali explicatâ, aliisq: rationibus additis latas videmus, maximè Justinianeas & præsertim Novellas; moti Conditores hi credi possunt, ut faciliùs legem persvadeant, non imperent tantùm, ut non voluntatis ea solùm, ut qvidam volunt, sed & rationis esse videatur. *Azor. Instit. moral. P. 1. L. 5. c. 2.*

§. 34. * Qvâ solâ de causâ, sin' alia nulla supersit, ex abundanti me defensum qvi putet non minùs ac excusatum eo nomine habeat, qvòd, arduæ rei tot gravissimarum causarum, *in qvibus* (ut *Baldus* noster dicebat) *consistit pondus diei & æstus*, in posterum demum pleniùs elucidandæ (tempore enim opus est, ut aliqvid maturius agamus *C. 24. pr. Dist. 50.*) salebrosam Syrtem hôc edendi modo ingredi ratus sim, & præludiali qvâdam enarratiunculâ vadum qvasi subtentando, & frangendo Viam, fundum illius qvô præmonstrare possem aptiùs, postea & cominùs immissu petere promtiùs, dehinc exploratum præmensione hâc, propiùs accesserim; actui meo nihil insoliti, aut novi, *l. 24. pr. ff. de Judic.* qvod miretur aut obstet, tribuens formæ, sub qvâ hîc procedere mihi suus facilè nec penitùs extra artem quoq;, auctoritatemvé citrà hujus vel illius, qvi idem fecit ârunt, certè cum Manzii *per Prælud. in Bell. Civil. conflict. Primar. & Præfat. ejusdem*, finis & ratio sit, næ ille impensùm mihi prudens ac eximius rerum atq; æqvitatis arbitrator æstimandus sit! *Ræyard. L. 3. Conject. c. 19 pr. ex Lactant. Inst. Libr. 1.*

VII. Bre-

VII.
BREVIARIA.

35. *Transitus præparatur de* PRÆSENTI *negotio in* FUTURUM, *cum ordinis commendatione & qvalitate discussâ.*

36. *Principium innuitur & ratio pro parte methodi initur, solidioris tractatûs.*

37. *Prolegomena modicæ sint qvantitatis.*

§. 35. UNicum oportet Colophonis locô adhuc impedimentum removeam, ut dicam qvòd nec dùm, ut multa alia, dici convenienter potuit, nec postmodùm fortè cõmodiorem qvam adipiscatur, reppererit sedem, ne qvid digressione nostrâ in imparatum impingamus diversorium! Videlicèt, cùm omnis tractatio rectô ordine disponi Marant. *Prax. aur. Proœm. n. 3.* qvô nihil ad usum accommodatius *Nov. 31.* Ne promiscuis actibus rerum turbentur officia: *l. 23. C. de Testam.* & verò à cognitione verborum initium capere debeat, *Bald. in l. 9 C. de Operis Libert.* Siqvidem eorum prior qvàmvis rerum potior sit ratio *l. 7. f. ff. de Supell. Leg. arg. l. 1. ff. de Reb. Credit.* intelligendo prius illud in ordine Scripturæ & derivatione grammaticâ; *Gudel. de Jur. Pac. c. 3. lin. 6.* qvia in ordine rerum & naturæ res priores sunt suis appellationibus & nominibus; ut supra *Membr. I. n. 2. per Connan. d. L. 5. c. 1. n. 8.* præmonitum. Cujus & firmamenti ductum hîc secutus sum, ut ipsarum rerum ante omnia factâ, ut jacent sic stantes, congregatione, gratioso Lectori hoc submini-strarem projectum. Ne qvemadmodũ in foro versantibus causas dicendo, nefas videtur esse, nullâ prænarratione expeditâ omissoq; præfamine, coràm Judice rem rudem protinùs effutire, *Schneider. ad l. Transigere. c. 1. n. 12.* Idem & hîc mihi fraudi obvenerit actum, si in abruptam statim incidere disceptationem, qvàm id hâc ratione præcautum ire maluissem: Et ne posthabitô ejusdem Baldi monitu *in prælud. Feud.* Immaturam statim in messem illotis qvasi rem accedendo manibus *Hottomann. in verb. Jur. illot. man.* falcem conjicerem. §. 36. *Itaq; &, hîc pro tempore qvàmvis subsistam, in plusculas partes dissectâ operâ

operâ, nec verbo inscriptionis (nisi & suô satis jam declarata locô sint) me ullô explicuerim λογικῶς; ut etiam in symbolizantibus facilis dicatur esse transitus *l. in rem 23. §. 5. verb. singulæ oves ff. d. R.V. Prate. in R.I.L. 2. t. 6. c. 1.* seqventi tamen inqvam, novissimè selectâ in fronte, qvædam ad explanationem verborum Rubricæ præcognita dabo, dicamq; priùs, de naturâ vocularum Statûs, Mortis & ipsius Regenerationis. Cujus Tristégæ seu tricipitis contignationis, ut ita mihi symbolizare liceat *d. l. in rem. 23. §. item qvæcunq; ff. de R.V.* perspicuâ notatione, qvam hic utiq; Discursus compati noluit, eò magis obtinuero: Omnia, qvæ hìc paratitlariter conjeci, illius esse objecta atq; definito qvadrare, aut qvasi: (nempe qvod illam qvæ lingvæ venena extrahit, curam attinet.) Qvanqvam & dum alicui dubium eâ in re supereſſe, aut saltem posse intelligenti adhærere, qvod Jure præsupponendum sit, ego vix crediderim. Qvîn ipse potiùs præsupponere habeo, cuivis legalis facultatis Cultori *hos terminos*, cùm tàm omni sint apparatu conspicui; tàmq; sensu, re & sedibus *l. servus legatus. 27. f. ibi: novus enim videtur homo esse, ff. de adim. leg. l. qvi res 98. §. aream 8. vers. Nec admissum est. ibi: Sicut ille alius homo. ff. de Solut. & liberat.* & verbis insignes Jura Cæsarea perqvirenti sat occurrerint; qvibꝰ denominationem nostram **Regenerationis** ex *Nov. 78. c. 1. & 5.* ad alias perqvàm æqvales Ingenuitate redditæ Restitutionũ Species; nam Manumissio venit nomine Restitutionis *Odd. q. 91. n. 11.* & **Regenerationis**, qvæ est Natalium restitutio, *Gudelin. de Jur. Noviss. L. 1. c. 6.* & Restitutio ex delicto à Principe facta non minùs qvàm Ingenuitatis. *Connan. 2. Comment. Jur Civil. c. 12. n. 4.* Natalium sapit restitutionem; Et Famæ & Honoris restitutio dicitur Natalium restitutio, *l. 23. §. 1. C. de Nupt.* qvid aliud majores istæ, majusné qvid vel minus? Vitæ, cui hîc manumissio comparatur *Bachov. ad Tr. V. 2. D. 29. §. ult. lit. C.* & Civitatis, qvàm ipsa **Regeneratio** (imò puto qvòd signatè

signatè & per excellentiam) sint? proculdubio peraptè extensam, satis statuminent: *esse notissimos*, ut, qvibus non cadit pulvis super Libro, omnibus *Grat. in Discept. Forens. c. 235. n. 46.* domi præcognitos, ac circum-jam-præcordia textos, qvò multa pertinent non publici saporis, qvæ qvi surdiori palato sunt, inguſtata prætereunt, cùm elegantiores homines, & talium deliciarum intelligentes mirificam qvandam ex eis percipiant svavitatem: *prout explicat Muret. Var. Lect. Lib. 9. c. 8.* declarabo tamen. Posteà Specialiorem aliqvam summorum Capitum de genere totius Opusculi, Oeconomiam surrogabo; Et qvæ præterea constituere & è re esse visum fuerit. Hîc loci nunc: qvæ certo qvodam Consilio hæc tanta seorsim præire placuit, atq; præparatoriam succedentium Climatum (ut ita vocitare liceat impendentes istiusmodi lucubrationum tractus) dispiciendi disputandivé incudem experiri, ita ut ad hujus planè integri FINEM tandem juxtà debitam congruentiam habeat necessariam Conseqventiam ipsius Corporis (sin' vitam eò fata protulerint!) Futuri PRINCIPIUM: *l. 3. §. si qvis cum minore. & § scio ff. de Minor. l. 1. §. 1. ff. Si qvis Jud. non obtemp.* finio. *Postremò tamen si materiæ pompa & in hisce Prolegomenis non defuisset, ut fœcunda satis & legum & rationum nostræ materiæ adsertio culturaq; est, ut non habeamus necesse, omnia cum pulvisculo corradere, & ad nostrum qvid vi pertrahere molendinum; tamen ratio operis, ut ille ait, nobis intuenda est, nec qvod illuc pertiner, hîc qvasi prohibitâ *in l. 8. §. 5. ff. si Servit. vindic. in alienum immissione*, qvâ de & in alio sensu fabrilium clangorem, *clamoremq; Virûm stridoremq; rudentum virg.* bonam partem mentis nostræ raptorem Jure invisum exosumq; habemus. *Bologn. P. 1. in ff. infort. fol. 76. n. 214. seq. & fol. 79. n. 232.* ac invasione præcipiamus; qvia ibidem insignia tantæ rei informatione, ergò & suo loco condigna, occurrent: expendendaq; ratis, qvantohôc amne onere feramur? Sic demum acervos onerariis adportandos hinc integri securiq; præstolemur in portu! §. 37.

GLORIA JESU!

Typorum errata hæc ſunt, qvæ in relegendo ſaltèm crasſiora occurrerunt; Cætera ipſe pro ſuâ Benivolus Lector æqvitate corriget.

5 A. lin. abantepen. provinciæ. 6 A. §. 9. leg. tradat. 2 B. in Brevior. §. 14. ϖεϱιαπϱιπτικὴ. lin. 14. princip. auribus. 5 B. lin. 34. pro ex leg. & 6 B. lin. 5. leg. genus alia; 7 B. lin. 13. leg. Neutrâ injuſtâ. 1 C. lin. 27. pro 11. leg. 9. 3 C §. 22. lin. 4. Ungepauer. propè fin. leg. Jdictioni. 4 C. lin. 23. lege per. 5 C. lin. fin. qvàm hôc. 6 C. lin. antepen. latiuſculo. 7 C. lin. 17. in fin. πάντοτε. 8 C. lin. 22. Causâ. 1 D. lin. 9. modò. 4 D. lin. 2. indigno, lin. 4. qvô. 3 E. lin. 13. dele non. 7 F. lin. 22. leg. licuerit. 1 G. lin. 5. proſolius leg. Socius. 8 G. lin. 22. in fin. Prætor. 1 H. lin. 25. ſangvinariæ. 2 H. lin. abantepen. Statûs. 7 H. lin. 32. in fin. pone, lin. ſeq. princ. dele, 5 I. lin. fin. leg. ſit. 6 I. lin. 1. ſit. lin. 3. paſſi; lin. 31. leg. ſibi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384908-p0084-2

ULB Halle
005 122 49X
3

V 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384908-p0085-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384908-p0086-3

166233 (50.
15 17

ENTE JESU!

GENERALE LEGALE

Ceu

ΡΩΤΑ

IN

EM DE MORTE,

Seu

REGENE-

IONIS,

QVOD

ifico JCtorum Ordine;

h Umbone

IMI, CONSULTISSIMIQ'VE

VIRI

HIMI Vergers/

CURIÆ ELECTORALIS,

T FACULTATIS JURID.

SESSORIS,

S AC PROMOTORIS SUI

R. COLENDI:

S. JACOBI, SILES.

norum disqvisitione auspicabitur

n Martij,

ORIO JCTORUM,

ris matutinis.

TEBERGÆ,

raph. MICHAELIS Wendt.

M DC LXII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384908-p0087-9